31 ¶ Mono transfert dominiu rei in ecclesias solo pacto. i. sola nuda pmissione. l. vt si int diuinu. C. de sa. san. ec. in glo. et hac sequit Albi. ibidem. Et ide est fm Rodo. qd dat aliqd ecclesiastice psone intuitu ecclesie. In emptione tu requirit solutio pcij vel fides de pcio alit dominiu no acquiret fm glo. pdictam.

32 ¶ Decimo quicqd fuerit emptu de pecunia ecclesie reuerti dz ad ea. xij. q. iij. c. j. ij. q. v. fixu. Et hoc siue sit emptu noie ecclesie vel no. de pecu. cle. c. j. ⁊ c. inquirendu.

33 ¶ Vndecimo q no tenet ad munera mere psonalia. Et dicunt munera mere psonalia q animi prouisione et corporali labore sine aliquo gerentis detrimēto ꝓpetrant. vt in. l. fi. in prin. ff. de mu. et ho. Quoz munerz mere psonaliu quedā sunt sordida vt cloache mundande. calces coquende. arene fodiende. fossati vel stabuli mundandi ⁊ hmōi de quibus in. l. maximaz. C. de excusa. mu. Et ad hec no tenent ecclesie nec eaz mancipia. aut clerici vel eoru vxores aut familie ⁊ coloni. vt. xvj. q. j. c. generaliter. §. nouaz. et. §. placet. ij. C. de epi. et cle. l. ij. et. l. neminē. C. de sa. san. ec. que vult q in aduentu pncipis teneant: no valet quo ad clericos ecclesias atq; seruos q sunt dominio ecclesiaz subiecti: quia iure diuino sunt exempti. vt in. c. si ipator. xcvj. di. ⁊ no. Inno. in. c. ij. de maio. ⁊ obe. Facit. l. rescripto. ⁊ qd ibi no. Bar. ff. de mu. ⁊ ho. Et hoc intelligo de familia ꝓpetua ecclesiaz ⁊ eaz seruis. ⁊ bene valet quo ad colonos liberos q seruiunt p mercede: cuz sint sub impatore: iuxta no. in. c. iudicatu. lxxxix. di. et ab ipso a multis exēpti. vt in. l. j. et. ij. C. de epi. et cle. Et ideo potuit eoru immunitate limitare. vt in simili no. glo. in. c. cum fm leges. de here. li. vj. Nam tales tenent ad gabellas et alia onera de pte eis cōtingente fm Feo. consilio. xij. Sunt et quedā alia munera psonalia que no sunt sordida. ⁊ habent annexu honorem: vt sunt officia secularia. et sic non tenent clerici. p c. sacerdotibus. et. c. ⁊ nec ꝓcurationes. ne cle. vel mo. vnde in. l. placet. C. de epi. et cle. dicit. Placet nostre clementie vt clericis nihil cōmune cuz publicis actionib vel ad curiam pinentibus cuius corpori no sunt annexi habeāt. hec ibi. Ex quo patet q non sunt de vniuersitate nec in eam vocem possunt habere. vt tenet Inno. in. c. dilectus ꝓpe finē. de exce. p. Sunt etiā quedā alia munera psonalia que no habet nec honorē nec vituperiu annexum. vt legatio tutela vel cura ⁊ hmōi licet eiu ab istis sint exempti. vt in. l. generaliter. C. de epi. ⁊ cle. posita in. c. generaliter. xvj q j. tamē ⁊ fm glo. iuncto tex. in. c. peruenit. lxxxvj. di. possunt si volunt legitima tutelam clerici accipere no datiuam aut testamentariaz. sed episcopi et monachi non. lxxxviij. dist. episcopus. et. xvj. q. j. monachi. Tutelam autē miserabilium personaz omnes clerici et monachi possunt suscipere. quia officiu piu est. vt in. d. c. peuenit. Et in omnib pdictis muneribo personalibus quo ad ecclesias et clericos habent

locum p̃dicta tã in ordinarijs q̃ eꝝordinarijs muneribus seu indictis vel supindictis. vt in.l.placet C.de sacro.sanc.eccle. ⁊ autẽ. itẽ nulla cõmunitas. C.de epi. ⁊ cle.et.c.q̃ q̃.de censi.li.vj. Et q̃ dicant ordinaria vel extraordinaria. indicta vel supindicta. vide.j.munus.

34 ¶ Vtrũ clerici teneant custodire ciuitatẽ seu opidum? R. Pa.in.c.puenit.eo.ti.q̃ nõ nisi maxima necessitas subesset. vt notat glo.xvj.q.j.§.placet. que quidẽ per laicũ nõ debet discerni.fm Hosti. in summa. ꝫ per episcopũ ⁊ per eũ compellant. vt in.c.ecclesia sancte Marie.de consti.puta quia aliter nõ potest defendi sine eis. Nam tunc tenẽtur ar.l.nullus penitus. C.de cursu.pu. ⁊ in.d.c.puenit. Nam quilibet debet suam patriã defendere. Facit tex.in.c.penul.de homici. Vbi tempore inuasionis possunt clerici vna cuꝫ laicis arma sumere et pugnare nec sunt irregulares licet multi sint occisi: dumodo ꝓprijs manibꝫ nullũ occiderint q̃uis vulnerauerint.

35 ¶ Vtrũ teneant ire ad bellũ vbi volunt alios impugnare? R. Pa.in.d.c.puenit.q̃ nõ. etiã si ageretur de recuperatione terre sancte: quia clericat? reddit eos inhabiles ad pugnandũ etiã cũ saracenis vt ꝓbat in.c.ex multa.in.§.fi.de voto.

36 ¶ Duodecimo ecclesia nõ tenet ad munera patrimonialia seu realia. Et dicunt patrimonioꝝ munera q̃ sumptibꝫ p̃rimonij ⁊ dãnis administrantis expediunt. vt in.l.fi.§.patrimonioꝝ.ff.de mu.et ho. Et hec munera sunt duplicia. Quedam sunt mere patrimonialia. Et hec tripliciter indicuntur Primo rei de eo qd̃ fiendũ est de ipsa re. vt q̃ nauis ecclesie vel equus vel currus vadat ad seruitium reipublice. Secũdo imponunt sup eo quod percipitur ex ipsa: vt.s.detur certa pars fructuũ ⁊ de istꝫ hẽs in.d.§.p̃rimonioꝝ. Tercio imponũt ipsi rei de eo qd̃ nõ percipit ex ipsa re. nec est in ipa re. vt p̃stare certã q̃ntitatẽ pecunie ãnuatim. de quo habes in.l.hactenus.§.j.ff.de vsufru. ⁊ in.c.j.de cẽsi. An autẽ ecclesia teneat ad ista? R. fm Pa.in.c.fi. de vi.et ho.cleri.q̃ si tales res quibꝫ imponuntur talia munera habebant onus tale perpetuꝫ annexum et inuariabile ac certũ: siue ex dispositione publica. pura p̃ncipis: siue ex dispositione priuata vt.c.quanto.de censi. ⁊ anteq̃ venirent ad ecclesiã sicut patet exẽplũ de tributo. vt in.l.imperatores. ff.de publi.et in.c.j.in fi.de censi. vbi innuitur q̃ quelibet possessio ab antiquo est onerata onere soluendi tributa: ⁊ sic ecclesia de talibꝫ rebus tenetur quia res transit cũ onere suo. de deci. pastoralis.et de pig.ex literis. Fateor tñ q̃ italia tanq̃ p̃nceps p̃uinciarũ non obligatur hodie ad talia tributa. vt no.in.l.j.ff.de censi. Si vo nõ erant onerate tali onere certo ⁊ inuariabili q̃ pueneruntad ecclesiam: sic non tenetur ecclesia q̃uis essent onerate onere incerto ⁊ variabili. vt sunt iste descriptiones que fiunt hodie: quia extimant bona cuiuscunq̃ vt soluat plus vel minus fm impositionẽ collecte Et hanc opinionem tenet Inno.in.c.nõ minus. eo.ti. Et recitat Pa.ibidẽ Jo.de ligna.in cle. presenti.de censi.et Jo.an.post archi.in.c.j.eo.ti.lib. vj.et placet.licet aliq̃ teneant q̃ si possessiones p̃ius erant asscripte vt tñ soluatur ꝓ solido vel libra q̃ tunc teneat ecclesia: ꝫ prima tutior. licet ista nõ sit condẽnanda. Sunt tamẽ aliqua onera que ratione naturali succũbunt ipsis rebus. vt reficere ante domũ viã ⁊ sic ecclesia tenet. vt no. Bar. in l.ad instructiones. C.de sacro.san.ec. Itẽ in purgatione putei necessarij tote vicinie ĩ qua est ecclesia. vt no. Spe.ti.de censi. Itẽ soluere ad portã vel pontẽ ꝓ plaustro ꝓ ipsius pontis vel porte cõseruatione. quia destruunt viam. vt no.in.d.l.ad instructiones. ⁊ no. Bar. de pace cõstan. Et idez de simlibꝫ. Mansus vo ecclesie q̃ est dos ecclesie fm cõmunẽ opinionẽ doc. debet esse liber ab omni munere anteq̃ consecret. vt in.c.j.de censi. et debet eẽ tanta quãtitas terre ex qua vnus rusticus cũ sua familia viuere possit. vt dicit glo.xxiij.q.viij. fm canonicam. Sunt et quedã munera patrimonialia mixta. Et dicunt mixta quia habẽt onus cum sumptu.ff.de mu.et ho.l.fi.§.mixta. participant eiũ de onere p̃sonali quatenus habent onus annexum ⁊ cũ patrimoniali q̃tenus sunt cũ sumptu et hec dupliciter indicunt. Primo persone habito respectu ad rẽ seu bona patrimonij. ⁊ hoc differt a tercio modo imponẽdi onera in rebꝫ mere patrimonialibus. quia ibi quelibet res tenet ꝓ munere qd̃ eam respicit ⁊ nõ vltra. d.l.imperatores. hic vo est persona obligata. ⁊ p̃ consequẽs omnes res patrimonij.l.aufert.§.fiscus.ff.de iure fisci.et ad ista non tenet ecclesia nec etiã laici nõ subditi. licet habeant patrimoniũ in loco.l.rescripto.§.fi. ⁊ ibi per Bar.ff.de mu. ⁊ ho. nisi aliud habeat consuetudo quo ad laicos. vt no. Bar.in.l.vna.C.de capitatione ciuiũ. nõ quo ad ecclesiã. quia consuetudo nõ valet. autẽ. cassa. C.de sa.san.ec.iuncta aut. Itẽ nulla cõmunitas. C.de epi. ⁊ cle. Et isto modo potest intelligi tex.c.nõ minus.eo.ti.et.c.fi.de vi. ⁊ ho.cleri. ⁊ c.q̃ q̃.de censi.li.vj. Secundo mõ imponunt p̃sone nulla facta mentione. de re. ⁊ sic dicit capitõ quia imponit per capita nõ habito respectu ad bona p̃rimonij. vt.d.l.vna. ⁊ ad ista silr nõ tenet ecclesia nec clerici. quia non sunt subditi imperatori. d.c.q̃ q̃. immo nec laici ciuiles sed tñ rustici. vt in.d.l.vna.no. Bar. ⁊ hec oia ꝓcedunt regulariter.

¶ Sed dubitat de concernentibꝫ pietatem vt instructio pontiũ ⁊ viariũ? R. Inno. dicit q̃ ecclesia tenet p.d.l.ad instructionẽ. et p.c.ij.eo.ti. similiter in edificatione muroꝝ ciuitatis vel ville. Simlit glo.in.d.c.nõ minus. Idẽ Vincẽ.et Hosti. ⁊ d. Lar.et Phili.et Pe.de anch.et Albri.i.d.l.ad instructionẽ. Addens q̃ idẽ putat de fontibꝫ ⁊ puteo cõi.ar.ff.ne quid in lo.pu.l.ij.§.viaruꝫ. ⁊ dicit huius opinionis esse Dy.et Old. Sed in contrarium est cõmunis opinio canonistaruꝫ in.c.fi. de vi.et ho.de.et in cle.p̃senti.de censi.et p Jo.de lig. et p Bar.in.l.rescripto.ff.de mu. ⁊ ho. ⁊ d.l. placet. ⁊ glo.xvj.q.j.§.nouarũ. Jo.an.et Pa. in.d.c. nõ minus.p multa motiua. Et ideo dic q̃.d.l. ad instructionẽ.et similes nõ valent. quia licet.c.j.cũ similibus.de no.ope.nun.dicant standũ legibus 37

exquo in canonibus nõ reperiť cõtrarium tñ hoc nõ est verum qñ lex imperialis est damnosa ecclesijs seu ecclesiasticis psonis: qz tũc nõ tenet nisi specifice approbeť ab ecclesia. vt est cõis opinio doct. in.c.fi.de solu.z in.c.ecclesia sancte Marie.de consti.z.c.fi.de re.ec.nõ alie.z.x.di.si in adiutoriũ. Distinguo tñ sic fm Pa.in.d.c.nõ minus.q̃ aut necessitas vel pietas imminens concernit vtilitatem ecclesiarum a remotis p quandam consequentiam et tunc est rex.aptus in.d.c.nõ minus.q̃ nõ tenentur nisi sponte velint approbante epo cum clero z prius consulto romano pontifice p.c.aduersus.e.ti. Aduerte tñ q̃ si tanta esset necessitas vel pietas q̃ non posset sine scãdalo z piculo haberi prius romani pontificis recursus q̃ tunc sufficeret deliberatio cleri cũ epo. Facit.c.fi.de eccl.edi.z qõ ibi no. Aut necessitas vel pietas cõcernit de directo z principaliter vtilitatẽ ecclesiarũ z laicorum: vtputa.qz patria societas territorium ciuitatis incẽdit.de qua stat pdia in quo ecclesia multas possessiones habz et tunc ecclesia debet cõtribuere non tñ ad deliberationem solum ppli: sed oportet q̃ clerus et ppls principaliter cõueniant z deliberent.qz qõ oẽs tangit debet ab omnib approbari.in cle.j.z.ij.de censi.z.c.ad hoc.de offi.archi. Fateť tñ Pan.vbi s.in d.c.nõminus.q̃ si clerus nollet sine legitima causa cõsentire q̃ possent laici implorare auxiliũ superioris ecclesiastici vt cõpellat eos. vt in.c.nullus.de iure pa.in ar.z in hoc casu nõ habet locum dispositio.d.c.aduersus.de cõsultatione romani pontificis: qz hec impensa nõ fit ꝓpter publicã vtilitatem sed ꝓpter priuatam ecclesiarũ.z sic sumus extra casum pfati.c.aduersus. Facit cle.j.z.ij.de censi.

38 ¶ Terciodecimo habet immunitatẽ q̃ ecclesie vel clerici non tenenť ad gabellas q̃ hodie imponunť in vino z silibus fm Pa.in.d.c.nõ minus.in fi.p d.auť.item nulla cõitas.tenet Bald.in.d.l.placet C.de sa.san.ec.nisi gabella fuisset imposita p oneribus ad q̃ teneť ecclesia: qz tunc succedit loco onerum.vt volunt Butri.in.d.l.ad instructiones.

39 ¶ Vtrum ecclesia teneat ad gabellas si aliquid donať vel legať ei fm statuta quorundã: R.q̃ non. xxij.q.viij.§.Cuius.cũ duob sequentib. Idem si donať clerico.ar.c.fi.de vi.z ho.cler.z ibi Pa.z qõ no.in.c.sil'r.xvj.q.j.

40 ¶ Quid si clericus transferat res ecclesie ad aliũ locum negociatõis cã: R.Pa.in.d.c.fi.q̃ nõ põt erigi pedagium vel gabella: qz delictum clerici nõ pt nocere ecclesie.vide Fede.consi.cc.secus si sunt sue nõ ecclesie.

41 ¶ Vtrum clerici debeant soluere gabellã p vino vel frumento qõ vendunt ex pbenda sua habito: R.Bal.z Pe.z Ly.in.l.oĩs.C.de epi.z cle.q̃ nõ nec etiã ad portam. Idem Bart.in.d.l.placet.nec etiã fm Pa.in.d.c.fi.de patrimonio debet soluere gabellas vel pedagia.facit cle.pñti.de censi.z.c.q̃.eo.ti.li.vj.

42 ¶ Quid de gabella que poniť sup carnibus vino et hmõi.quã ecclesie soluunt indirecte cum emant carnes ab illis qui vendunt,ꝓpter talem gabellam R.fm Ricar.in quol.q̃ si consules ponunt talez gabellam ꝓpter abusum z excessum eorum.sic non licet.sed soluant de suo ꝓprio. Si vo ponunt,ꝓpter cõem vtilitatem tam clericorũ q̃ laicorum.sic licet eis. Si vo ꝓpter vtilitatem laicorũ principaliter.in directe vo clericorum z a remotis:puta qz ꝓsperitas ciuium redundat in vtilitatẽ ecclesie z psonarũ ecclesiasticarũ: tunc distinguo: aut faciũt aio extorquendi pecunias ab ecclesiasticis quas alio modo non pñt.z sic nõ licet. Aut nõ aio extorquendi ab ecclesiasticis hoc faciunt.qz etiã si nõ essent ecclesiastice psone q̃ emerent talem gabellã ponerent. tũc licet eis habita auctoritate dñi tpalis z habita moderatione ne ponať magis sup his q̃ sepius emũť a clericis: aut ab extraneis: aut a pauperibus q̃ ab alijs ciuibus.z sic clerici non pñt conqueri: cũ pñt alibi emere: licet non ita comode.hec ꝓbanť.ff.de no.oper.nun.

¶ Que pena collectantium ecclesias vel clericos: 43
R.fm Pa.in.c.aduersus.de immu.ec.do.Anto. in suis reportatõnib voluit q̃ postq̃ fuerint excõicati seu inciderunt excõicationem post monitionẽ p.c.nõ minus.siue tolerenť siue ignorenť: nõ tenent snie: aut statuta talũ ipso iure: siue sint edita p̃ ecclesiam: siue contra quãcunq; psonã etiã laicam. Alij volunt q̃ subito exquo cum effectu collectauerunt ipso iure sint nulle.z huius opi.viděť Pa. et mihi placet.qz ex verbis,pemij colligť mens disponentis: vt.l.fi.ff.de here.insti.z Bart.in.l.ambitiosa.ff.de decre.ab or.fa. Ex quib patet q̃.d.c. aduersus voluit aliquid addere ad ius antiquum qõ ptz in verbo addijcimus.ibidẽ. De alia auũt pena.vide s.Excõicatio.v.casu.xxviij.z Excõicatio vij.casu.v. Tenenť etiã vltra peccatũ mortale cõmissum ad restitutionẽ oĩm ablatorũ.xiij.q.vj.c. si res.cum silibus.

¶ Quartodecimo habet immunitatẽ q̃ nec ecclesia nec monasteria vel hospitalia tenenť ad lucrati 44
tam descriptionez: vt in.§.sancimus.xxiij.q.viij. Et no.q̃ lucrativa descriptio est quarta ps bonorum q̃ a curialib relinq̃ banť. quã fiscus vendicat exceptis relictis curialib z eorũ cõiunctis.de q̃ habes.C.qui z a quib quarta ps.l.j.z.ij.z.C.de impo.lucra.descrip.l.vnica.

¶ Quintodecimo q̃ laicorũ statuta nõ habent locum sup rebus ecclesie.c.fi.de re.ec.nõ alie.vide.j. 45
Statutum.§.vij. Predictum priuilegiũ. Limitãt quidam verum nisi papa approbaret tale statutũ. vt in glo.c.ecclesia sancte Marie.de consti.Quod verum credo fm Bal.ibidez.qñ expsse z nominatim approbať a papa. secus si generaliter approbaret statuta: qz nõ valerent contra ecclesiam p talem approbationem: cum sit contra libertatẽ ecclesiasticã et sic tene.z vide eundẽ Bal.in.c.j.p quos fiet innestitura.

¶ Sed quid de statutis laicorum impedientibus 46
quo quõ liberam facultatem donãdi ecclesijs. aut p aĩa: R.Pa.in.c.relatum.el.j.de testa.q̃ non valent.vt no.in.l.j.C.de sa.san.ec. Facit qõ no.Joh. an.in.d.c.fi.de immu.ec.li.vj.vbi dicit q̃ non obstante statuto quo quis phibeť donare forensibus seu nõ suppositis iurisdictioni q̃ poterit donari ec-

clesie. q; non pñt inferiores tollere pmilegiũ supio
ris. Et hanc opi. fouet apte Bal. in. l. generali. C.
de sa. san. ec. Et idem in aut. cassa. eo. ti. ponit aliaz
q. notabilem. Statuto caueť q testrñ insinueť per
heredes infra sex menses: aliter sit irritum ipso iu-
re. Clericus est heres ⁊ nõ insinuat nũquid sit nul
lum testrñ. Et rñdet q nõ: q; statutũ nõ astringit
clericum nec fortius ecclesiam qñ fuisset heres in-
stituta. Et ex his infert Pa. in. d. c. relatũ. q ꝗuis
statuto caueať q mulier nõ possit donare ecclesie
seu ad piam cãm seu testari ⁊ se obligare ecclesie vl'
ad pias causas sine pñtia duorum agnatorũ suorũ
tñ põt donare: testari: ⁊ se obligare ecclesie vel ad pi
am cãm sine hac solẽnitate: q; relicta vel donata ec
clesie vel ad pias causas debẽt determinari fm ca-
nones ⁊ nõ fm leges vel statuta q̃ sunt ps iuris ci-
uilis. l. oẽs ppli. ff. de iusti. ⁊ iure. Idẽ tenet. d. An-
to. in. d. c. relatum. ⁊ p Bart. in. l. j. C. de sum. tri.
Sed Bald. in. c. ecclesia sancte Marie. ⁊. c. que in
ecclesiarũ. de cõsti. tenet valere si disponat statutũ.
de re immobili. Sed cõtra eum est casus in. c. fi. de
re. ec. nõ ali. ⁊ ibi. immo ⁊ bene.

47 ¶ Vtrum laici possint statuere super mortuarijs
R. Jo. de imola. in. d. c. fi. q sic. quatenus disponit
in his que nõ applicanť ecclesie. Addit Pa. ibidez
aut cõcernunt diuinum cultũ vel refrigeriũ aĩe: q;
cum hec sint annexa iuri spñali nõ valeret: vt puta
q nõ denť nisi tot cerei vel nõ inuitenť nisi tot cle-
rici ⁊ hmõi. Igiť solum valet in concernentibꝫ põ-
pas mundanas que sunt potius consolatõnes vi
uorum: q̃ suffragia mortuorũ: nec ecclesia talia ap-
probat: vt in. c. q̃ preposterum. xiij. q. ij. Et sic trã-
seunt cõiter doc. in. d. c. fi. Et q; dicit Bald. in. l. j.
C. de lati. liber. tollen. p istum text. q equi ⁊ arma
ducti ad sepulturã militis. ⁊ cerei debẽt remanere
apud clericos vel fratres sepelientes quasi sequela
cadaueris. ar. l. medico. §. fi. ff. de au. ⁊ arg. le. ideo
nõ valeret statutũ laicorum.

48 ¶ Vtrum istud pmilegiũ. d. c. fi. de re. ec. nõ alie.
de quo s̃. j. §. xlv. extendať ad res patrimoniales
clericorũ? R. glo. in. c. ecclesia sancte Marie. de cõ-
sti. q sic. ⁊ in. c. fi. de vi. ⁊ ho. cle. ⁊ in. c. ex lrĩs. de pi-
gno. ⁊. xvj. q. j. in. c. sil'r. est etiã glo. singularz apud
legistas fm Fran. tigni. in. l. fi. §. patrimonio: nam
in verbo pontifex. ff. de mu. ⁊ ho. habes. l. decerni
mus. C. de epi. au. In contrariũ faciunt q̃ dico. j.
Prescriptio. §. xxxviij. Et credo verius.

49 ¶ Sextodecimo q nec etiã plati aut psone ecclesia
stice pñt ecclesijs nouos census ponere aut veteres
augere aut alio mõ grauare. vide hoc. s̃. Census.
§. j.

50 ¶ Vtrum archiepi aut epi possint aliquid exigere
ab ecclesijs vel a clericis? R. Pa. in. c. cum apl's. de
censi. q dum visitant pñt exigere obuentionẽ que
eis concedť in. d. cum apl's. aliud nõ. de q̃ vide. j.
Visitatio. §. iij. Tallias aut ⁊ exactõnes eis facere
nõ pñt. sed ad charitatiuã subuentionẽ pñt cõpel-
lere. si rõnabilis ⁊ manifesta sit cã: puta vult ire ro-
mam p cõi vtilitate vel necessitate ⁊ hmõi. ⁊ nullo
mõ põt pscribi istud subsidiũ charitatiuũ. Ab ora
torijs autẽ ⁊ alijs locis nõ religiosis etiã rõne visi-
tationis non pñt exigere ꝓcurationẽ. c. vlt. de cen
si. ⁊ ibi Pa.

¶ Vtrum rector ecclesie possit rem ecclesie pro sua 51
necessitate obligare: puta q; erat infirmus vel ege-
bat indumẽtis. vel p necessitate ecclie? R. Jo. an.
in. c. ex pñtium. de pigno. q sic. ⁊ successor tenebiť
et cum eo transeũt cõiter doct. Sed ego limito sic.
q aut ecclesia bñ habũdabat fructus ⁊ sic nõ tene
biť successor: q; fructus futuri tẽpis reseruanť suc-
cessori: vt de ipsis viuat p. c. pñti. §. porro. de offic.
ordi. li. vj. Aut fructus nõ sufficiebant ad necessitatẽ
et sic est vera opi. Jo. an. Distinguit etiam Pa. in
d. c. ex pñtium. ⁊ bene. q si ecclesia erat impotẽs a
principio qñ eam impetrauit. ⁊ sic sibi imputet nec
potest obligare nisi p sua vita sed teneť viuere de
industria aut fortius ex patrimonio: non aũt ven
dere vel obligare rem ecclesie. text. est no. cum glo.
xxj. q. j. c. j. Facit. c. clericus victum. xcj. dist. Si vo
est facta impotens postq̃ eam accepit etiam in isto
casu non põt eam obligare. sed debet agere contra
parochianos vt pstent sibi necessaria ex quo seruit
eis in diuinis ⁊ est cã licita subtrahendi parochia-
nis diuina. vide bonã glo. de conse. di. j. homo xpi
anus.

¶ Vtrum debeat fieri cõpensatio cum pditis ex 52
negligẽtia administratoris ecclesie cum acquisitis
ex eius diligentia? R. Pe. de ancha. in. c. cõsensus
de re. ec. nõ alie. q sic allegat. l. cum queriť. ff. de ad
mi. tu. ⁊. l. gayus. ⁊ ibi Bal. eũ sequiť. ff. de vsu. sed
ꝓtra eos facit qõ no. Pa. in. c. ex pñtiuz. de pigno.
Vbi tenet q si rector ecclesie potuit acq̃rere aliq̃d
ecclie ⁊ nõ fecit q teneť ipsi ecclie. ⁊ p hoc hẽs tex.
cum glo. xij. q. iij. c. fi. ad instar tutoris qui ad hoc
teneť. vt. in. l. quicquid. C. arbi. tute. ⁊ sic pz q etiã
teneť de leui culpa. vt pz in. d. l. quicquid. si non la
borat vt acquirat ecclesie ⁊ in. d. c. fi. Sed hoc non
intelligas q teneať laborare psonaliť vel ex doctri
na aut artificio vt acquirat: sed solũ cum sollicitu-
dine in rebus ecclesie ⁊ ex tali sollicitudine acquisi-
tum est ecclesie. ⁊ ideo non põt dari in recõ pensati
onem. sed. d. Pe. intelligit de acquisito p exercitiũ
corpale vel alio mõ in quo acquirit sibi: de q̃ habes
s̃. Clericus. xiij. de quo bñ põt recõpensare. ⁊ sic in
tellige. l. p ipm all'.

¶ Vtrum platus ecclesie possit de reby ecclesie da 53
re remunerandi cã? R. glo. in. d. c. consensus. q sic
Facit. c. si quos. ⁊. c. cum redemptor. xij. q. ij. Et di-
cit glo. in. d. c. si pater. §. j. ⁊ in. l. filiusfamil'. in prin.
ff. de dona. ⁊ tex. in. l. etiam. §. ex pterito. ff. de ma.
vindi. Facit. l. cum plures. ff. de admi. tu. ⁊ qõ no.
Bal. in. l. j. C. man. Vnde dicit idẽ Bald. in. l. iu
bemus. C. de sa. san. eccle. q ptextu bñficij colorati
nõ põt platus remunerare amicũ suum. ⁊ ideo ve
ra merita debent esse. Facit glo. in. d. c. si quos. ex q̃
aduerte q remuneratio nõ est restricta ad regulas
iuris. glos. est singularis in. l. aquilius regulus. ff.
de dona. ⁊ facit. d. §. j. Adeo q quilibz administra
tor donare põt remunerãdi cã. l. tutor fm dignita
tem. §. fi. ff. de admi. tu. ⁊ ex glo. c. epus qui manci
pium. xij. q. ij. sil' iunctis. Addit etiam. d. Anto. et
Pa. in. c. ceterũ. de dona. q etiã põt dare ex cã alia

puta vt eccia hēat amicos ꝑ sua defensiōe ⁊ hmōi Limitant tñ in isto casu ⁊ cā remunerandi verum dūmodo res q̄ donat sit mobilis ⁊ minima. vel de fructib q: nmmobilia ⁊ etiā mobilia magna nō pōt nisi cum debita solēnitate ⁊ causis. de quib s. Alienatio. §. ij. ⁊. iij. ⁊. iiij.

54 ¶ Decimoseptimo se extendit immunitas ecclesie ita ꝙ ecclesia si caret ꝓprio ꝑlato nō currit sibi ꝑscriptio licet ꝑlatus supior possit ꝑ ea agere fm Inn. in. c. olim. el. j. de restit. spo. tex. est in. c. j. de re. ec. nō alie. li. vj. licet Bar. in. l. ij. ff. de aqua plu. ar. dubitauerit.

55 ¶ Decimooctauo ꝙ res ecclesie nō pūt alienari sine certa solennitate. vide s. Alienatio.

56 ¶ Decimonono ꝙ vnam ecclesiā nemo pōt ledere quin videat oēs ledere: q: ꝓticulares ecclesie sunt membra vniuersalis ecclesie. ¶ Facit. c. loquit. xxiiij. q. j. sicut in sili dī qui tangit aurē totu boiem tetigisse dicat. c. vulgaris. de pe. di. j.

57 ¶ Vigesimo ꝙ de ꝑsonis ecclesiasticis nemo pōt iudicare nisi iudex ecclesiat. tus de fo. cōpe. ꝑ totū Et q̄ sint iste ꝑsone habes Excōicatio. vij. casu. v. §. vij.

58 ¶ Vigesimoprimo ꝙ de rebus ecclesiasticis ⁊ etiā patrimonialib clericorū aut de causis spūalib iudex secularis iudicare non pōt. Et de istis vide s. Excōicatio. vij. casu. v.

59 ¶ Vigesimoscdo ꝙ loca pia sunt sub iurisditione ecclesie. c. ad hec. de reli. do. ⁊ in cle. q: cōtingit. de reli. do. fm Pa. in. c. cum sit generale. de fo. cōpet. et ideo ledentes ea sunt sacrilegi censendi. d. c. cum sit generale. sed ledens in bonis clericorū sine violentia ꝑsone nō cōmittit sacrilegiū. licet sup ipsa sit iurisditio iudicis ecclesiastici. vt in. c. si clericus. de fo. compe.

60 Vigesimotercio ꝙ relicta in testō minus solēni facta ecclesijs ⁊ pijs locis valent. c. cum esses. c. relatū c. indicante. de testa. de quo. j. Legatum. j. ⁊. ij.

61 ¶ Vigesimoquarto ꝙ ecclesia vel eius possessiōes nō pūt ꝑ alienis debitis obligari ⁊ obligans est suspensus ab administratione tpalium ⁊ spūalium. de solu. c. ij. q̄ tñ suspensio pōt ꝑ eēm relaxari: consulto indēnitati ecclesie primo. c. ex pte. el. j. de versi. nō comp̄hendit tñ hec suspensio eēos. c. q: piculosum. de sen. ex. li. vj.

62 ¶ Vigesimoquinto ꝙ excōicant vsurpātes regalia. custodiam ⁊ hmōi. de quib s. Excōicatio. vij. casu. xv.

63 ¶ Vigesimosexto ꝙ clericus qui ecclesiā ex collatione laici tenet. si nō resignauerit suspendendus est ab officio ⁊ bēficio laicus excōicandus. de iure pa. c. ꝓterea. ⁊. c. relatū. iuncto. c. si aūt vobis. xj. q. iij. ⁊ c. cum nō ab hoīe. de iudi.

64 ¶ Vigesimoseptimo ꝙ in choro non debent laici cum clericis stare. de vi. ⁊ ho. cle. c. j. de conse. di. ij. sacerdotum.

65 ¶ Vigesimooctauo ꝙ ecclesia ⁊ ecclesiastica ornamenta nō debēt in vsum secularū cōuerti. de conse. di. j. ligna. ⁊ quinq̄. c. se. de re. do. c. ad hec.

66 ¶ Vigesimonono ꝙ ludi theatrales cum laruis ⁊ silibus inhonestis nō pūt fieri in ecclesia. c. cum decorem. de vita ⁊ ho. cler. secus de honestis qui ducunt ad deuotionem. ar. de conse. di. ij. semel. ⁊ di. iiij. queris quasi. in fi.

¶ Qua pena puniunt violantes ecclesiasticā immunitatē: R. ꝙ diuersa fm ꝙ diuersimode violat 67
Nam si qui violāt quo ad primū puniunt nullitate sue. vt dixi s. Si cōtra secōm erit solum mortale peccatū. Si contra tertiū. nec mortale peccatū est. ꝓpter contrariā consuetudinē. Si contra quartu vltra mortale nō adiuuant ab ecclesia. Si contra quintū videt mortale. Si contra sextum peccant mortaliter ⁊ alia pena de qua dixi. Si contra septimum cōpellunt. Si contra octauū credo teneant ad restitutionez de damno dato vltra mortale qd cōmittit. Idem dic si contra. ix. x. xj. xij. ⁊. xiij. ⁊ puniunt pena. vt ibi dixi. Si contra decimū quartu idem dic. Sil̄r si contra. xv. dicit Albu. j. aut. cassa L. de sa. san. cc. ꝙ facientes statuta cōtra libertatē ecclesiasticā puniunt pena priuationis iurisditōis ⁊ mille marcarum. Rectores: statutarij: scriptores iudicantes fm talia statuta sunt ipso iure infames et eorum sue nulle ⁊ alij actus legitimi nihil valēt vt patet in corpe. vñ hec aut. sumit in originali qd multi habent post librum feudorū ⁊ est constitutō Federici iunioris. et etiam sunt excōicati: vt s. Excōicatio. vij. casu. xij. Si contra. xvj. ibi dixi. Si cōtra. xvij. xviij. ⁊. xix. peccant mortaliter. Sil̄r si contra. xx. xxj. ⁊. xxij. Si cōtra. xxiij. vltra mortale tenētur ad restitutōez. Si contra. xxiiij. xxv. ⁊. xxvj. pz ibi. Si cōtra. xxvij. male faciunt. Si cōmittunt cōtra. xxviij. est nullitas alienatōis ⁊ peccant mortaliter. Sil̄r si contra. xxix. mortale peccatum est.

Impedimentum vide. j. Matrimonium. iij.

Imperium merum est habere gladij potestatē ad animaduertendu in facinorosos hoīes qd ⁊ ptās appellat. Mixtum vo imperium in danda possessione cōsistit. vt in. l. imperiū ff. de iurisdi. om. iu. ⁊ vide ibi glo.

Impossibile dī aliqd illud qd non comode possumus facere ⁊ sic sumit in. c. cathenēsis ecclesie. lxj. di. ff. de ver. sig. l. nepos ꝓculo. Impossibile dī ꝙ nō est honestū vt de condi. insti. l. filius. Impossibile dī ꝙ nō iuste pōt fieri. xxiij. q. ij. sane. el. j. ⁊ est in arg. ꝙ illud possumus qd de iure possumus.

Impubes dicitur masculus do nec cōpleuerit. xiiij. annum. Femina autē. xij. q: in ista etate hoīes incipiūt pubescere. l. fi. L. qui tutor vel cura. et insti. qui mo. fi. tu. in pin. Et hoc verū quo ad tutelam. sed quo ad matrimonium contrahendū tamdiu ē impubes masculus vel femina ꝓdiu nō est potēs ad generandū: vt in. c. impuberes. de despon. impu. in tex. ⁊ in glo.

¶ Impubes vel furiosus capitalē fraudē. i. penaz ꝓpter quā capite puniēdus ē ꝑmittere nō pōt. ff. de edi. edic. l. cum aūt. §. j. Facit. L. de fal. mo. l. j. in fi.

2 ¶ Impuberes torqueri nō debent terreri tū solēt et habena vel ferula cedi. ff. ad senatus cōsul. silenianum. l. j. §. impubere aūt.

Incantatio vide. Sortilegium Supstitio. ⁊ s. Diuinatio.

Incarceratio vide s. Carcer.

Incendiarius quis dicat ꝓprie: R. Mo. et Goff. q̄ ille qui ciuitatē: castrū: domū segetē ⁊ silua aliena incendit malo studio vt odio vel vindicta vel aīo iniuriādi: vt in. c. pessimam. xxiij. q. viij. xij. q. j. c. cum deuotissimā. de iur. si quis domū. Secus si incēderet ex negligētia vel casu vel iusto bello. q̄ talis nō ꝓprie dī incēdiarius. Itē incendiarius ꝓprie dī qui malo studio ignem fecit apponi: aut consiliū dederit aut auxiliū scienter: vt in. d. c. pessimā.

1 ¶ Vtrum tales incēdiarij ꝓprie sint excōicati ipso iure: R. vt s. Excōicatio. v. casu. v.

2 ¶ Qua pena puniunt incēdiarij: R. q̄ de iure ciuili. dicit tex. in. l. qui edes. ff. de incendi. Qui edes aceruūue frumēti iuxta domū positū cōbuserit. cōuictus verberatus igni necari iubet. si mō sciens prudēsq̄ id cōmiserit. Si vo casu. i. negligētia aut noxā sartire iubet: aut si minus idoneus sit leuius castigat. hec ibi. Ex quo pz illud. Qui nō pōt solue re in ere luat in corpe. ff. de iuris. om. iu. l. si quid id. §. in seruos. ⁊ ff. de in ius vo. l. fi. ⁊ ff. de penis. l. j. in fi. Quo vo ad ius canonicū vltra mortale si scientēr ⁊ voluntarie fecit vel ex lata culpa. teneť ad restitutōz totī⁹ dāni dati. c. si egressus. cū. c. se. de iniur. et ibi cōiter doc. ¶ facit. l. si fortuitu. ff. de incēdi. Si vo fuit in leui vel leuissima culpa sic silr teneť ad restitutionē. si mō tenebat de leui vl leuissima culpa nō credo tū peccauerit mortaliter. Si autem nihil omisit de cōtingentib⁹ non teneť. Nū aūt quis teneat de leui vel leuissima culpa habes s. Culpa. §. iiij. ⁊ v. Et aduerte q̄ tales incendiarij culpabiles nō solum teneńť de damno incendij. sed etiā dz rebus pditis ꝓ incendio. ar. c. fi. de iniur.

3 ¶ Vtrum rapiēs res illorū qui patiunť incendiū teneanť ad restitutionē: R. q̄ sic. c. si quis domū. de iniur. nisi haberenť ꝓ derelictis. puta q̄ ignis tūc inualuit q̄ nullus sine piculo vite pōt eis succedere ⁊ dūs dimittebat eas ꝓ derelictis. tūc si quis eas capet nō tenereť restituere de necessitate. ar. l. si quis merce. ff. ꝓ derelicto.

4 ¶ Vtrum destruēs domū vicini timore incendij ne sua cōburat teneat ad restitutionē: R. Dir. tit. de incēdiarijs. q̄ nō si erat iustus metus: puta. q̄ iam ignis puenerat ad domū vicini. vl pbabiliter dubitat. q̄ tp̄us erat ventosum ⁊ hmōi. l. iij. §. qd̄ ait p̄tor. ff. de incen. rui. ⁊ nau. Nū dicit text. in. l. si alius fecerit. §. est ⁊ alia exceptio. ff. qd̄ vi aut clam Nullā iniuriā aut damnū dare videť eque pitur⁹ ediby. facit. l. si q̄s fumo. §. qd̄ dī. ff. ad. l. aquil. Si aūt nō fuit iustus met⁹. tūc teneť ad simplū dānū fm Mo. Addit tū Mos. q̄ si a vicinitate domus alicuius est dirupta iusto metu incendij. q̄ iudex ex officio ⁊ summa equitate dz facere q̄ vicini ei satisfaciant quilibet ꝓ pte sua. ar. l. j. §. equissimū. ff. ad. l. ro. de iactu. ⁊. l. interdū. ff. qui po. in pig. ba.

Incertorum restitutō. vide. j. Restitutio. ij. §. xj. ⁊ se.

Incestus est consanguineorū vel affiniū abusus. Vnde incestuosi dicunť qui cōsanguineis vel affinib⁹ abutunť. xxxvj. q. j. §. cum ergo

¶ Vtrum incestus sit grauius adulterio. R. q̄ sic xxxij. q. vij. §. sunt eni. ⁊ c. se. vincit tū a pctō cōtra naturā: vt in. d. c. qd̄ incipit. Adulterij malū. 1

¶ Vtrum accedēs ad monialē cōmittat incestum R. q̄ sic. xxvij. q. j. virginib⁹: q̄ sponsa dei. est qui ē pater noster. xij. q. ij. qui abstulerit. nec solum incestum. sed ⁊ adulteriū. q̄ sponsam alterius corumpit ⁊ etiā sacrilegiū: vt in. d. c. virginib⁹. sed tū non sunt tria peccata sed vnū solū fm Hugo. lz sortiat diuersa noīa. 2

¶ Vtrum incestuosus possit cōtrahere matrimonium: R. Pa. in. c. j. de eo qui cogno. cōsang. vxoris sue. q̄ nō. sed nec etiā exigere pt debitū a ꝓria vxore quā prius habuit aūq̄ incestū cōmisit. xxvij q. ij. qui dormierit. nisi dispenseť cum eo. ⁊ si exigit peccat mortaliter fm Vin. q̄ facit contra p̄ceptū canonis. ar. c. ij. de ma. ⁊ obe. sed tu teue: vt. j. Matrimoniū. iij. Impedimento. ix. in prin. 3

¶ Sed quid si cōtrahit de facto: R. Pa. in. c. trās misse. de eo. qui cogno. cōsang. vxoris sue. q̄ tenet matrimoniū ⁊ reddere teneť debitū. exigere autē nō poterit sine peccato mortali nisi dispenseť cum eo. Pan. tū in. c. lfris. de p̄sumptionib⁹. videť velle q̄ ista pena. s. q̄ nō possit contrabere vel exigere incestuosus solum locum habeat qū constat de incestu qualitercūq̄. ar. d. c. lfris. ⁊ placet mihi. 4

¶ Quis poterit dispensare vt talis contrahat vel post cōtractū exigat: R. Pa. in. d. c. j. q̄ si incestus est vere cōmissus: vt puta. q̄ cognouit consanguineam vxoris sue. cum qua iam consumauit matrimonium vel cum consanguineis ꝓprijs. quod est vere incestus vt in. d. §. cum ergo. tunc episcopus nō poterit dispēsare nisi ex cā: puta rōe inuētutis ⁊ huiusmodi. quo casu bene poterit. c. si duo. xxxv. q. vj. Idem tenet ⁊ dicit cōmuniter tenere doctores in. c. transmisse. de eo qui cogno. consang. vt etiam exigere possit. Si vo incestus non est vere cōmissus. vt puta. quia cognouit consanguineam sponse nondum cognite. sic episcopus poterit dispensare etiam sine causa vt contrahat. non tamen cum sponsa illa de futuro. si cōmixtus est in vase ⁊ ibi cōsumauit cum eius consanguinea. sed cum alia que sibi non sit affinis poterit etiam sine dispēsatione: vt est glo. in. c. quidam. xxvij. q. ij. cum tex. Quidā p̄dicta intelligunt de eo solum qui commisit incestum cum consanguinea vxoris sue. sed de alio incestuoso non habent locum. ita q̄ potest ⁊ contrahere sine dispensatione ⁊ exigere debitum post cōtractū. Sed contra videtur tex. c. si duo viri. xxxv. q. vj. ⁊ q. iij. c. de incestuosis. vbi tex. clar⁹. et. c. nec eam. et. xxxij. q. vij. si quis viduam. Et ideo dic q̄

generaliter omnis incestuosus ꝓhibetur cōtrahere. Nec obstat ꝙ titulus de eo qui cogno. consan. vxo. sue. solū loquit de incestu cū ꝓsanguinea vxoris: q: vnum ius supplet ꝑ reliquum. ⁊ de hac materia vide Matrimonium. iij. Impedimento. ix. in pan.

Inconsideratio est qñ inter diuersa q̄ occurrunt non bene iudicat ⁊ determinatur quid est faciendum. ⁊ ideo inconsideratio est ex defectu circa actum iudicij. sicut cōsideratio ꝑtinet ad iudicium rectum. Qued quidē rectum iudicium in hoc consistit qñ vis cognoscitiua apprehendit rem aliquā fm ꝙ in se est. qd̄ ꝓuenit ex recta dispositione virtutis apprehensiue: sicut patet in speculo qd̄ si sit bene dispositum apparent imagines recte. Si vo sit male dispositum apparent torte vel obscure. Quod autē virtus cognoscitiua sit bene disposita ad recipiēdum res ꝓ ut sunt contingit radicaliter ex natura consumatiue ex exercitio ⁊ munere gratie ⁊ directe quidez ex virtute cognoscitiua ex eo ꝙ nō est imbuta prauis opinionib̄ sed veris ⁊ rectis. Indirecte vo ex bona dispositione virtutis appetitiue ex qua sequit ꝙ bene iudicat de appetibilibus. Defectus autem recti iudicij ad vicium inconsiderationis ꝑtinet ex eo ꝙ contemnit vel negligit attendere ea ex quib̄ rectum iudicium ꝓcedit. ⁊ sic in circūspectus est ad non intuendū circūstantias negocij: loci: tpis ꝑsone ⁊ hmōi ⁊ picula que possunt contingere. Et q: hoc maxime facit luxuria ꝓterea ponit filia eius.

Inconstantia similiter est filia luxurie: que est qñ quis nō stat constans in bono ꝓposito sed sine causa rōnabili ex aliqua passione: ꝑcipue ex amore concupiscētie facit contrarium illius qd̄ deliberauerat. Ideo sicut ꝑcipitatio est ex defectu circa actum consilij. ⁊ inconsideratio circa actum iudicij. ita incōstantia circa actū ꝑcepti deficit. q: deficit in ꝑcipiendo que sunt consiliata ⁊ iudicata. ⁊ licet ira ⁊ inuidia que impediūt rōnem ad aliud. causent inconstantiaz. tñ luxuria eam extinguit. hec ex sancto Tho. xxij. q. v. iiij.

Indicium q̄d est: R. Bal. in. l. ea quidem. C. de accusa. Indicium plenum. est diuinatio rei ꝑ signa sufficientia ꝑ que animus in aliquo tanq̄ vero quiescit ⁊ plus inuestigare non curat. vt. C. de rei vendi. l. indicia. Semiplenum vo indicium est ꝑsumptio fortiter mouens animum ad aliqd credendum vel dicendū. de quo in. l. cum ꝓbatio. ff. de ꝓba.

1 ¶ Qualiter ꝓbatur indicium: R. ꝙ ad minus ꝑ duos testes. vt est glosa singularis. ⁊ ibi doct. in. l. fi. C. famul. her. ⁊ Bar. in. l. fi. ff. de questio. ⁊ vt ꝑindicent reo oportet citet ⁊ iurent testes. al's non ꝑindicat. vt no. in. l. si quis. ff. de adul.

2 ¶ Vtrum vnum indicium sufficiat: R. ꝙ regulariter nō. sed oportet sint plura. vt no. glo. ⁊ Bart. in. l. j. §. occisorum. ff. ad syleya. ⁊ Bal. in. l. congruit. ff. de offi. ꝑsi. teneret tñ ꝓcessus si non opponeretur q̄uis plura non ꝑcessissent indicia: sed tamē damnari non posset etiam si in tormentis est confessus ⁊ post ratificauit. vt est text. cum glosa. ⁊ ibi Bar. in. l. pe. de questio. secus si spōte ⁊ sine tortura est confessus fm Pe. de ancha. in cle. j. de homici. Sufficeret tñ aliqñ vnum indicium: puta vnus testis integer ⁊ bone fame qui testificat ꝙ vidit cōmittere tale maleficium: tunc potest poni ad torturam ad inquirendum. no. glo. ⁊ docto. in. l. si quis C. ad. l. iul. maie. ⁊ Bar. in. l. j. §. ij. ⁊. l. maritus. et l. pen. ff. de questio. Item confessio extraiudicialis rei si est homo male vite ⁊ conditiōis sufficit: vt dicit Bartolus in. l. fina. ff. de questio. Item iuuenis inuenit exire de domo pulcre mulieris vel inuentus est cum ea in locis secretis ⁊ aptis ad fornicandum: vt no. in. c. lfis. de ꝑsumpt. ⁊ hmōi. et ita videtur relinquendum arbitrio iudicis qñ vnum sufficit.

¶ Vtrum sufficiunt indicia si reo nō det copia et aduocato suo: R. ꝙ non: vt. l. custodias. ⁊ ibi glo. Bar. Ang. ⁊ Imo. ff. de pub. iud. Limitat Ange. in. l. si vacantia. C. de bonis vacan. nisi qñ iudex ꝓcedit ex mero officio ⁊ nō ad querelā: vt no. d. Anto. in. c. qualiter ⁊ qñ. el. ij. de accu. 3

¶ Vtrum fama sit sufficiens indicium: R. ꝙ nō vt tenet Bart. in. l. j. §. idē cornelio. ff. de questio. nisi iungat cum alijs indicijs. Fama tñ cum vno teste in ciuilib̄ facit plenā ꝓbationē: vt in. c. veniēs. el. j. de testi. secus in criminalib̄. 4

¶ Vtrū particeps criminis interrogatus vel spōte dicendo facit indicium cōtra socium: R. ꝙ non vt no. Barto. in. l. j. §. si seruus. ff. de questio. facit qd̄ no. glo. in. l. si filium. C. de li. cā. Sil'r nec pater vel filius aut alij cōmensales de quibus in. l. parētes ⁊ liberi. C. de testi. faciunt indicium: vt no. Bar. in. d. §. idem cornelio. Et hec procedunt qñ nulla alia indicia vrgentia ꝑcedunt ⁊ ideo socius de socio non est interrogandus. l. fi. C. de accu. Fallit in ascisinis: vt no. glo. in. l. non ideo minus. C. de accu. ⁊ in delictis in offensam generalitatis: vt notat Bar. in. l. reperi. ff. de questi. sicut sunt latrones et hmōi. 5

Indignatio est filia ire qua nō valet videre vl'audire eum cui irascit et cōiter est veniale peccatū nisi ꝑ accidens. s. rōne scandali vel q: denegat loqui vel rñdere in casu quo tenet de ꝑcepto. de quo vide s. Diligere. §. iij.

Indulgentia fm Archi. et sequit Be. in. c. in dulgentie. de pe. ⁊ re. li. vj. qñq̄ dicit remissionē pene. ij. q. iij. in fi. Quādoq̄ cōcessionem gratie vt lite pen. c. fi. de ꝓnul'. dudum. Quandoq̄ dispensationem. lxxvij. d. c. fi. in fi. de elec. dudum. el. ij. Quādoq̄ ius cōe. xxiij. q. ij. interfectores. ⁊. xxxv. q. vj. de incestuosis. Quandoq̄ accipit ꝓ vacare seu operam dare. vnde dicitur indulgere gule noli que vētris amica est. Sed hic accipio indulgentiam ꝓ indulgentijs que dantur in ecclesijs ⁊ hmōi que sic diffinitur. Indulgentia est quedam remissio pene debite pro peccato post

contritionem habitā de eo. hoc colligit ex no. in. c. qd aūt. de pe. ⁊ re.

1 ¶ Qualis est ista pena que p indulgentias remittit? R. glo. in. d. c. qd aūt. recitat quinq; ⁊ ego addam duas. ⁊ sic fuerūt septem opiniones. Prima tenet q solummodo remittit illa pena quaz deus p supplemento statuit imponēdam in alia vita illis qui solummodo fecerunt pniam fm q canones imponunt sed illam quam canones imponūt faciendam nullo modo remittit. sed hec opinio est falsa. tum q: contra text. aptum in. c. cum ex eo. de pe. ⁊ re. vbi dicit q p indulgentias pnialis satisfactio eneruat: tum etiam q: pūsupponit q canones penitentiales necessario sint exequendi contra tex. in. c. deus qui. eo. ti. qui vult q penitentia hodie p arbitrium discreti sacerdotis sit moderanda. et sic est arbitraria. Facit ad hoc. c. mēsuram. de pe. di. j. Secda tenet q solum remittit penam taxatam a iure seu canone pniali. sed non eam quam diuina iustitia statuit imponendam. ⁊ hec est falsa. tum q: pūsupponit vnum falsum contra euāgelium q ecclesia non possit absoluere quo ad penam cum etiam absoluat quo ad culpam p virtutē sacri fm Sco. in. iiij. dis. xiiij. etiā quo ad deū. cum dicat Math. xvj. xviij. q. j. Quodcūq; ligaueris sup terram ⁊c. tum etiam q: sic indulgētie essent nocue: q: absoluendo eos a pena huius mundi transmitteret tales ad grauiora tormēta in purgatorio. Tercia opinio tenet q remittunt penam debitam peccato. et quo ad deum ⁊ quo ad ecclesiā. sed concedens onerat se ad satisfaciendum p illo cui dedit. ⁊ hec similiter falsa. tum q: aliqui sunt tammodica mienta cōcedentis q nō sufficiunt sibi. tum etiam q: nullus concedens ad hoc se obligare intendit ⁊ nemo obligat nisi qui animū obligandi habuit. l. obligationū. ff. de ac. ⁊ obli. Quarta opinio tenet q remittit solum illa pena debita peccato. p quo non satisfecit ex negligentia. siue quo ad ecclesiaz siue quo ad deum. nō aūt illa quam cōtempsit facere seu noluit. ⁊ hec est falsa. tum q: remunerare vult negligentiam contra. l. nō. ff. ex qui. cau. ma. nō enim negligētibus subuenit sed necessitate rerū impeditis. hec idi. tum etiam q: pūsupponit q quis possit contemnere pniam ⁊ esse capax indulgentie. cum talis in pctō mortali sit. qd falsuz est. Quinta opinio tenet q remittunt etiam pena inferni. allegat tex. de peni. dist. iij. c. vlti. vbi patet q bona facta in peccato mortali valent ad tolerabilius iudicium subeundum. sed hec similiter est falsa. tum q: illud. c. nō intelligit q talia bona minuant penam inferni debitam peccatis. sed q: malū nō pmittendo ⁊ faciēdo bonū nō augeat. tum etiā q: expūsse tenet contra. c. tres sunt. de pe. di. j. ⁊ de conse. dist. iiij. oīs. vbi pz q pena eterna nullo modo potest remitti nisi per contritionem. pniam loquendo de eo qui peccauit actualiter. s. de adulto. Facit. c. maiores. de baptismo. in. §. hic vo dicimus. Sexta opinio tenet q p indulgentias remittitur pena taxata a deo ⁊ etiaz a sacerdote imposita si modo ipse sacerdos qui eaz imposuit hoc sibi concesserit vt eam p tales remissiones vel in partem vel in totum possit redimere et hec similiter nō videtur vera. licet glosa in. d. c. quod autē. ⁊ multi canoniste eam tenuerint. tum quia videt artare potestatem superioris quasi nō possit remittere penam impositaz ab inferiori suo. contra id quod legitur ⁊ notat in. c. quod sup his. §. rursus. de voto. tum etiam quia videtur contra tex. pfati. c. cum ex eo. in verbo eneruatur. Septima opinio tenet q prefate indulgentie valent fm Fran. de may. in tractatu de potestate clauium primo quo ad augmentum gratie. Nam fm Augu. Charitas meret augeri sed per opera meritoria facta ab existente in gratia meret augmētum gratie. ergo ⁊c. quia non dat nisi facientibus opera de sui natura meritoria. Secundo quo ad augmentum glorie. q: cū nullus possit lucrari indulgentiam nisi p fidem: ⁊ fides sit virtus cui pmittitur visio dei ergo ⁊c. Tercio valent quo ad penam debitam in purgatorio. quia quando alicui aliquod debitum est remissum ab eo qui habet potestatem pinde est acsi solutū esset. sed sicut ecclesia imponēdo pniam remittit penā purgatoriā. ergo remittēdo p indulgentiam absoluit ab ea. Quarto valent quo ad penam impositam a sacerdote fm ptem vel totum p ut sonant. ⁊ hec est vera opi. quā sequunt Goffre. Jo. an. Pa. in. d. c. qd aūt. ⁊ cōiter alij canoniste. ⁊ Theo. in. iiij. sen. di. xx. Ex quo pz q ille cui imposuit sacerdos pniam. vij. annorum ieiunando: ⁊ accipiendo indulgentiā. vij. annorū absolutus est licet melius sit eam facere. ⁊ hanc p purgatorio reseruare pro residuo: si imposita non fuisset condigna.

¶ Querit quantum remittit p indulgentiam de prefata pena vel debita pena in purgatorio: vel in hac vita p peccatis commissis? R. q diuersa fuit opinio inter doc. canonistas ⁊ theo. Nam quidaz dicunt q valent fm interiam suscipientis deuotionem ⁊ non plus. ⁊ huius opinionis videt fuisse Ray. Sed hec est falsa: quia sequeretur q sine exterioi operatione valerent quod est contra cōiter Theo. in. iiij. dist. xx. vbi volunt q nisi quis faciat illud pro quo datur indulgentia nullo mō ipsam consequat ētumcunq; habeat bonam voluntatē licet consequatur meritum bone voluntatis. Secunda opinio tenet q valent fm deuotionis quātitatem ⁊ dati seu laboris magnitudinem. vnde licet dicatur qui porexerit manus adiutrices tali ecclesie habeat de indulgentia quadraginta dies. tamen si vnus dat plus altero vel de magis longinquo venit ad visitandū ecclesiam in qua est indulgentia. vij. annorum participabit magis q ille qui dat minus vel venit de prope. Sed hec opinio implicat contradictionem eo q non esset indulgētia sed commutatio. aut oportet dicere q ecclesia predicaret falsum si non ambo haberent quadraginta dies: vl septem annos. Et ideo est tercia opinio que tenet q tantum valet quātum valeret ei penitentia tot dierum vel tot annorū ab eo facta in hac vita: pro quot datur indulgentia. hoc est q tantuz minus punietur in purgatorio quantum si fecissz penitentiam per tot dies vel annos quot sonat indulgentia. ex quo concludunt q sicut penitētia fa

1 ¶ Omnis potest iurare et dico q̃ omnis q̃ est doli capax. vnde nec pueri q̃ nō sunt doli capaces obligant ex iuramento. xxij.q.v.c.puuli. nec furiosus xv.q.j.mento. nec etiã admittunt ad iurandũ. d. c.paruuli.

2 ¶ Scōm cui fiendũ est iuramētũ ⁊ R. q̃ in iudicō iudici cōpetēti. ex iudiciũ pōt fieri cuicunq̃.

3 ¶ Vtrũ clerici possint iurare ⁊ R. q̃ nō. cuicunq̃ laico sup euãgelia. xxij.q.v.nullus est. hoc intellige nisi de licētia plati sui. vt in.c.j.de iura.calum. hoc vez si iurat tanq̃ superiori. et sic intellige. d.c. nullus aliter. sic etiã sine licētia. vt in.c.ex rescpto. et.c.puenit. de iureiur. Itē nō potest iurare de calumnia nisi de licētia sui supioris nisi ille coram quo litigat sit eius superior ⁊ habita licētia potest etiaz in manu laici iudicis. xxij.q.vij.c.nos. Itē ꝓhibetur iurare in actu testificandi sine licētia superiorz vt in.c.q̃q̃. xiiij.q.ij. Et intellige in manu laici. exceptis ergo triby casiby p̃dictis potest iurare licite etiam in manu laici et sine licentia alia. vt in.d.c. ex rescripto. ⁊ peruenit no. Pa. in.c.pmo. de iura. calum.

4 ¶ Terciũ q̃d pōt iurari. s. ꝓ qua re ⁊ R. q̃ ꝓ omni re licita iusta ⁊ honesta. nã ꝓ re turpi illicita vel iniusta factũ iuramentũ nō tenet. ar.c.vlti. de pactz. et clarius infra patebit.

5 ¶ Quartũ ꝓ qō pōt iurari dictũ est supra iuramētum pmo.

6 ¶ Quintũ ad quid seu cur. s. ꝓ fine bono et licito quia cui? finis bonus est ipm quoq̃ bonuz est. ar. viij.q.iij.c.artaldus. nã si ꝓ causa mala illicitũ est vt sunt cōiurationes cōspiratōes ⁊ hmōi. ar.d.c. vlti. de pac. de re iudi.c.j.

7 ¶ Vtrũ iurans sine causa legitima peccet mortaliter ⁊ R. q̃ si iuret q̃s sine causa necessaria vt ista necessitas comphendat vtilitatē nō solũ ꝓprimi ⁊ etiã ꝓpriã: quia aliter nō credit ei sic nō peccat mortaliter. Facit. d. §. als ea demum. ⁊.c. florentinum lxxxv.di. in glo. q̃ nisi sit periculosum. vt patet in.c. ita ergo. xxij.q.j. in tex. et in glo. Si vo iuret ꝓ causa legitima vel inhonesta aut illicita. cōiter est peccatũ mortale. xxij.q.iiij.§. illicitũ. qz assumptio est nois dei inuanũ. et ꝓbat in.c.sicut nostris. de iureiur. ⁊ ibi sentit glo. ⁊ Inno. ⁊ Pa. Facit.c. qui sacramēto. xxij.q.iiij. Hoc intellige qũ aduertit. et de cã illicita. ⁊ de iuramēto fm q̃ dico piuriũ mortale. j. periuriũ.

8 ¶ Sextũ q̃uo sit iurandũ ⁊ R. q̃ tres debet habere comites. s. veritatē iudiciũ ⁊ iusticiã. Hiere. iiij de iureiur. et si xps. §. Jacob. xxij.q.ij. aiaduertēdum. Ratio est fm sanctũ Bona. vbi s. in lra qz iuramentũ cōparat ad tria. s. ad rē de qua fit. ⁊ sic debet veritas q̃ est adeq̃tio rei ad sermonē ad iurantē. scdo cōparat a quo ꝓcedit ⁊ sic debet iudicium. s. discretōis. tercio cōparat ad cām ꝓ qua fit et sic debet iusticia. s. vt causa sit iusta.

9 ¶ Vtrũ semp sit pctm̃ mortale qũ p̃dicta deficiũt ⁊ R. Pa. in.d.c. et si xps. q̃ nō semp ⁊ aliqũ veniale fm quantitatē culpe. vt no. Archi. in.d.c. aiaduertendũ. qō melius patebit. j. piuriũ. in pn. cum q̃nq̃. §. se.

10 ¶ Vtrum iurans sine iudicio discretionis peccet mortalit sicut faciũt illi q̃ in quolibet verbo iurāt ⁊ R. q̃ cũ iuramētũ ꝓhibeat nō qz sit malũ ⁊ ꝓter periculũ piurij. Ideo si talis iurat falsum nō excusatur a mortali ꝓ ea que dicã. j. piurium in pn. ⁊ fm illã distinctionē. Si vo iurat verũ sic nō erit mortale peccatũ. Verũ est q̃ tenetur abstinere sicut a mortali ꝓter periculum quia de tali dicit Ecclesiastici. xxxiij. vir multum iurans implebitur iniquitate.

11 ¶ Vtrũ inducens aliũ ad iuranduz quē scit falso iuraturũ vel nō seruaturũ iuramentũ peccet mortaliter ⁊ R. fm Ri. in.iij.di. xxxix. q̃ aut facit vt ꝓsona publica ad instantiã partis: ⁊ ex ordine iuris et sic nō peccat. si vo facit vt ꝓsona publica. tñ contra ordinē iuris: aut vt ꝓsona ꝑuata sic peccat graiter. ⁊ dñs Lardi. in cle. vnica. de iureiur. dicit q̃ talis vincit homicidã. xxij.q.v. si q̃s cōuictus. ⁊.c. se. et sic patet q̃ ē mortale. et ex hoc concludit Pa. in.c.clericus. de coha. cle. et mulie. q̃ nunq̃ ⁊ est deferendũ iuramentũ illi contra quē est vehemens suspitio de trãsgressione et deferens peccat intellige mortalit fm distinctionez dictã. alle.c.ille. xxij. q.v. et facit optime tex. dicti.c.clericis. vbi nō vult clericos cogi iurare dimittere concubinas qō nō cōtra dantes seculariby iuramēta et similiby q̃ nō seruãt. et ideo ponãt potius penã et hoc quia tale iuramentũ est cōtra iusticiã. Non credo tñ mortaliter peccare illũ q̃ dat iuramentũ etiã vt ꝓsona ꝑuata illi quē scit falsum iuraturuz qũ ille est iam dispositus iurare. puta qz obtulit se iurare quādo hoc facit ex aliq̃ rōnabili cã. et de isto nō loquit. c. ille. ⁊ de eo q̃ inducit nō dispositũ iurare.

12 ¶ Vtrũ iurans vituperose ꝓ membra inhonesta peccet mortalit ⁊ R. q̃ tales ꝓprie sunt blasphemi. vt pz in.c.si quis ꝓ capillũ ibi alio mō blasphemia ⁊c. xxij.q.j. et ideo si peccat mortalit sicut dictũ est de blasphemia. s. in pn. Nã verbũ alius facit positionē eiusdē q̃litatis regularitatis licet habeat exceptionē aliqũ. vt in Jobãne ⁊ alij duo latrones. et no. Pa. in.c.accedens. de pben. ⁊ ideo alio mō p̃supponit blasphemiã. secus si iuraret ꝓ aliquod

membꝝ honestũ ⁊ cũ reuerentia: vtputa p sanctũ caput dei. et raro nõ consueuduinarie. scõm vo sic esset veniale.

¶ 3 ¶ Septimo attendendũ est in iuramẽto quando tempus cũ reddit iuramentũ illicitũ vt qñ iurat in iudicio diebꝫ feriatis nisi ꝓ pace ⁊ alijs pijs cau sis vt de ferijs. c. cõquestus. qd autẽ fiat a ieiunis est de honestate. xx. q. v. honestũ.

Iuramentũ.iiij.

Quomodo iuramẽtum interp̃tandũ est: R. fm Inno. in c. veniens. de iureiuran. q̃ in iuramento determinato sup aliquo singulari sic interp̃tat in foro anime fm intentionẽ iurantis. facit. c. humane aures. xxij. q. v. ℔ hoc ego limito verũ quando ille qui dat iuramentũ seu exigit dolose ⁊ iniq̃ facit: sicut cũ vir p̃stat iuramentũ vxori sup adulterio. Nam cũ talis iniq̃ a tali confessionẽ exigat potest iurare fm suã intentionẽ qd est verũ. licet fm intellectũ audientis sit falsum fm Rodo. quẽ sequit Astẽ. li. j. ti. xviij. ar. vij. Facit qd no. theologi in. iij. di. xviij. vbi circa literã dicit Ri. q̃ obstetrices nõ peccabant licet nõ respondissent ad intentionẽ pharaonis. quia nõ fuit ei data auctoritas ad aliq̃d agendũ contra deũ. Similiter quando quis ex iuramento exigit ab aliquo qd ipse nõ potest sine peccato implere. potest habere intentionem cum iurat illud facere. s. quantuz poterit sine peccato. sicut si mulier que habet impedimentum excõmunicata. quia nõ potest ꝓbare in mortis articulo cũ oporteat eam iurare de stando cum viro debet intelligere sic. s. quantũ potest sine peccato et non periurat. vt no. in. c. literas. de resti. spo. Si autẽ ille qui prestat iuramentuz est in bona fide et in casu licito prestat tunc habet locũ. c. q̃ cunq̃. ar. xxij. q. v. quia si scienter nõ iurat fm intentionem p̃stantis peccat mortaliter ⁊ est p̃iurus ⁊ etiam credo q̃ teneat sicut ille intellexit implere. ar. c. quacunq̃. nec obstat q̃ sicut votũ dolosum non obligat sic nec iuramentũ quia votuz fit deo ꝓprie: sed iuramẽtũ fit homini: et obligatio contrahit aliter in voto quia p intentionẽ aliter in iuramento q̃a per deliberatã verboꝝ attestationẽ. Si aũt vterq̃ fuit in simplicitate. Sed vnus vno modo intelligebat alter alio modo sic interp̃tatur. fm intentionem iurantis in foro anime. vt no. in. §. ex his omnibus colligitur. xxij. q. v. in foro autẽ contentioso stabitur verbis. vt in. ca. ex literis. de spon. Si vo verba habent duplicẽ intellectũ in stipulationibꝫ et alijs cõtractibus contra stipulantẽ et vendentẽ interp̃tabunt. l. inter stipulantez. §. j. ff. de verbo. obli. et. l. labeo. la. ꝓma. ff. de cõtraben. emp. In iudicijs in ꝓn. interp̃tat ꝓ actore in medio. ꝓ vtroq̃ in fi. ꝓ reo. exi de. ꝓba. ex literis. vt ecclesia benefi. c. vt nostrũ. In delictis autem cõtra delinquentẽ nisi aliud appareat de ꝓba. c. j. Si vo loquamur de iuramento generaliter p̃stito ꝓ obedientia prestanda mandatis sic dicit Inno. in. d. c. veniens. qd interp̃tetur vt nõ extendat nisi ad ea de quibꝫ cogitatũ est vel debuit cogitare. vt in. c. q̃ntauallis de iureiu. de deci. ex multiplici. de resti. spo. audita xxij. q. ij. ne quis. Alij dicũt q̃ interp̃tetur generaliter nisi sit contra ꝓs iuramentũ. vt in. d. c. veniens. vel ꝓtra ius vt in. d. c. q̃ntauallis. vel ꝓtra p̃sumptionẽ cõmunẽ q̃ si hoc mandari credidisset nunq̃ iurasset. ar. c. petitio. de iureiur. Ego credo q̃ in foro anime interp̃tabit fm intẽtionẽ iurãtis nisi fuerit dolosa.

¶ Vtrum iuramentũ prestitũ in materia iuris restringatur ad limites iuris: R. Pa. in. c. tua nos. de eccle. edificandis. q̃ sic. ita q̃ recipit omnes limitationes ⁊ restrictiones quas recipit ius illud. Facit tex. in. l. fi. C. de cõdi. inde. ⁊ in. l. fi. ff. q̃ satisda. cog. ⁊ no. per Inno. et glo. in. c. dilecti. de arbi. vbi dicit q̃ cũ quis iurat stare sentẽtie arbitri sub pena q̃ nõ obligatur nisi vel pere sentẽtie vel soluere penam et ideo si soluit penam sufficit. Similiter si iurauit nõ sub pena quia teneẽ vel seruare sententiam vel ad interesse. ff. de arbi. l. diem. §. fin. quia intelligit ista clausula. Ego pebo sentẽtie vel solua penã: quia iste intellect? est sibi datus a iure. Pa. in. c. quintauallis. de iureiur. dicit verũ in sententia arbitri: secus in sententia arbitratoris: quia in tali sententia nõ est talis datus intellectus. Itẽ ꝓ hoc facit glo. in. d. c. tua nos. et Inno. in. c. cũ omnes. de consti. qui dicunt q̃ ꝓlatus qui iurauit nõ alienare bona ecclesie q̃ potest nihilominus alienare in causa necessaria. vt in. c. fi. de eccle. edi. et etiã vtili cũ in hoc casu necessitas et vtilitas equiparentur a iure. xij. q. ij. sine exceptione. ⁊ sic iuramentũ intelligit de alienatione illicita soluz. Facit c. petitio. de iureiu. vbi iurans non esse contra aliquẽ intelligit illicite secus legitime etiã ꝓ ꝓpria vtilitate. Facit etiã. c. ex pte tua. de cle. nõ resi. vbi iurans residere in ecclesia põt iuramento nõ obstante se absentare pro necessitate vel vtilitate ecclesie. Itẽ facit qd no. in. c. put nobis. de dolo. vbi ille q̃ iurauit pere mãdatis ecclesie vel iudicis si se granatur potest appellare: quia iuramentũ non se extendit ad hoc qñ est generaliter latũ et qd no. in. c. ex tenore. de sen. excõ. vbi tenet idẽ Pa. q̃ etiaz ex causa noua supueniente vel si erat ꝓs erat occulta. poterit ille q̃ iurauit respõdere coꝶ aliquo iudice nõ obstante iuramẽto generali illum recusare: nec obstat p̃dictis q̃ iuramentũ habet clausulam seu vim clausule. Si nõ valet quod ago vt ago valet quantũ potest. vt in. c. quanto. ⁊ c. ad nostram de iureiur. no. in. l. cũ pater. §. filius matrẽ. de leg. ij. et per Bar. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. ⁊ in. l. sciendũ. ff. de verbo. obli. Et ideo debet aliquid operari qd nõ faceret si p̃dicta essent vera. q: aliq̃d operat tũ quia adicit vinculũ ⁊ ligat strictius ipm iurãtẽ et qñq̃ accumulat foꝶ foro. vt in. c. fi. de fo. cõpe. li. vj. In casu autẽ vbi nihil operaret vel parum. tũc bene verũ est q̃ hz vim illius clausule sed hoc nõ est in casibꝫ predictis q: strictius stringit ⁊ ideo sufficit. Facit etiã ꝓ p̃dictis qd no. do. An. in c. ex literis. de spõ. ⁊ sequit ibidẽ Pa. q̃ sicut equitas p̃tonia facit. vt in stipulationibꝫ p̃tonijs ꝓmittendo simplicit factũ alienũ in dubio interp̃tet ꝓ. mississe se facturũ ⁊ curatuꝝ quantũ in eo est. vt in l. quotiẽs. ff. de ver. obli. Ita eq̃tas iuris canonici

hoc inducit in materia canonica. vt ptz in.d.c.ex literis. ⁊ in glo. ibidẽ vbi parentes q̃ ꝑ filijs iurãt spõsalia nõ peccãt. licet nõ sequant nisi ex eoꝝ defectu. nõ quia illud iuramentũ intelligit quantuz in eis est se facturos. Itẽ facit qõ no. Pa. in.c. cuz clerici. de verbo. sig. vbi dicit q̃ iuramentũ generaliter ꝑstitũ debet restringi q̃ntũ põt vt mun⁹ obliget iurantẽ. qꝛ vbi tractat de obligatõe est facienda stricta interꝑtatio. all'.c. ad nostrã. el. iij. de iure iur. et. c. ꝑmũ. eo. ti. li. vj. et. l. quicq̃d astringende. ff. de ver. ob. Itẽ in.c. quẽadmoduz. dicit idẽ Pa. q̃ iuramentũ in aliquo cõtractu recipit oẽs conditiones ⁊ limitationes et subauditiones q̃s habet ille cõtractus ⁊ similiter si apponit in dispositione vel obligatõne qꝛ regularit ꝯ illa. facit ꝑ hoc. l. fi. C. de nõ nu. pe. ⁊ no. ꝑ Bar. in. l. si societatẽ. §. arbitroꝝ. ff. ꝑ socio. qõ bene no. qꝛ faciunt ad multa in materia iuramenti et voti vide ad hoc qõ. j. d. §. v. et. vj. Itẽ si iuro alicui dare cras pecuniã intelligit nisi fuero ab eo absolutus. qꝛ põt ⁊ progare terminuz ⁊ absoluere. vt in.c. j. de iureiur. Itẽ si iurari pecuniã tibi reddere ad certũ tp̃s spe future mutuatiõis intelligit si pecuniã mihi mutuaueris. C. de nõ nu. pe. l. indubitati. Itẽ si iuro tibi dare dotez intelligit si nuptie subsecute fuerint. ff. de iure do. l. stipulationẽ. Itẽ si iuro tibi reddere bladum vel vinũ. intelligit eiusdẽ bonitatis. ff. si cer. pe. l. cũ quid. Itẽ si q̃s iurauit facta pace cũ aliquo de nõ eũ offendendo sub certa pena talis ꝑmissio referit ⁊ restringit ad offensam rõne inimicitie ꝑterite nõ ad nouã ex postfacto insurgentez ex noua cã fm Bar. in. l. aut facta. §. cã. ff. de pe. seguitur Pa. in. c. cũ inter. de renũ. Itẽ si aliq̃s renũciauit cũ iuramẽto iuri qõ hz vel habere sperat in aliq̃ re aut hẽ põt nõ intelligit ad ius supueniens ex noua cã vel noua spe. vt dicit Pa. in. d. c. cũ inter.

2 ¶ Sed q̃d si ꝑlatus iurauit non alienare bona ecclesie sine licẽtia pape aut supiorꝭ: R. Pa. in. d. c. tua nos. q̃ interꝑtat vt nõ possit alienare sine licẽtia. qꝛ delignatio huiꝰ verbi licẽtia est q̃ dz primo peti etiã in casu licito q̃si ꝑlat⁹ reseruet in se cognitionẽ. vtrũ casus sit licitus vel nõ. ꝑ hoc facit in simili. c. licet de regula. Itẽ qꝛ si intelligeret de illicita solũ: sic iuramentũ nihil valeret qꝛ nec cũ licẽtia superiꝭ põt fieri. ergo oportet intelligat de offii licita: cõcoꝛ. Jo. an. ibidẽ. ꝗ bene nõ obstante iuramento posset alienare si superiꝭ non posset adiri ar. optimũ in. l. tutoꝛ q̃ repertoriũ. ff. de admi. tut. vbi ex cã necessitatis põt tutoꝛ in mẽtario nõ facto administrare bona pupilli qõ als necessitate cessante nõ põt. facit ad hoc qõ no. Jo. xij. q. ij. c. sine exceptione ⁊ c. placuit. Hugo. ⁊ Archi. in. c. abbatibus. eadẽ cã et. q. et Jo. de san. in clemẽ. ꝑma de rebus eccle. nõ alie. vbi dicit in casu illi⁹ clemen. alienationẽ posse fieri: impune si necessitas non capit tantã dilationẽ ⁊ tenuit Pau. in disputatõe q̃ incipit cõdẽnatus. Sequit hoc Lar. in. d. clemẽ. ꝑma et Pa. c. fi. de eccle. edi. qõ no. ꝑ religiosis habentibus ꝑlatos in remotis.

3 ¶ Vtrũ iuramentũ illius q̃ iurauit aliquã accipere sit interꝑtanduz vt possit intrare religionẽ: R. Pa. in. c. cõmissum. de spõ. fm vnã lectu. que sibi placet q̃ sic. ⁊ ideo interꝑtat q̃ eã accipiet nisi ingrediat religionẽ: nec obstat q̃ vt cõtrahat ibi cõsulitur. ⁊ postea ingrediat: qꝛ istud fit ꝓpter vulgi opinionẽ ne appareat ꝑiurus cũ in veritate nõ sit Si vo diceres quõ inueniat ista interꝑtatio: R. q̃ subintelligit nisi moriatur ⁊c. vel dic q̃ habet in c. puenit. el. ij. de iureiur. vbi dicit ꝑmissum nõ infringit q̃ in melius cõmutat.

¶ Vtrũ iuramentũ interꝑtabit vt habeat locum in casu ficto: R. Pa. in. c. ex parte. el. ij. de cleri. nõ resi. q̃ si iuramentuz nõ tendit in aliquã lesionem illius: q̃ iurauit ⁊ facit ad bonũ illius. cui ꝑstitũ est tũc subest cã large interꝑtandi. vt in. d. c. ex parte. vbi ille q̃ iurauit residere si se absentat ꝑ necessitate ecclesie. habet ꝑ residẽte. Si vo iuramẽti obseruantia tendit in dãnũ iurãtis vel illius cui fit. licz respiciat vtilitatẽ alterius tm̃: tunc nõ verificat in casu ficto ꝑbat istud fm cõmunẽ lecturã in. c. ad nostrã. el. j. de iureiur. vbi dicit q̃ iuramentũ debet seruari in casu specifico ⁊ nõ in casu ficto. Mã ibi tenet Innoc. et Jo. an. q̃ debitoꝛ qui iurauerat nõ molestare creditoꝛẽ sup pignoꝛe donec solutũ sibi debitũ q̃ nõ sufficit: q̃ creditoꝛi sit satisfactuz. ex fructibus pignoris ꝗ oportet ꝑmo q̃ fiat realis solutio debiti licet ficte soluerit ex quo ꝑcepit debitum ex fructib⁹ pignoris. Facit. l. lutius. ff. de condi. ⁊ demon. vbi no. q̃ cõditio debet fieri in forma Bar. tũ in. l. amplius. ff. rẽ ra. ha. determinat contrariũ in isto casu: quia iussus dare seu soluere implet cõditionẽ compensando. l. si peculiũ. §. j. ff. de statu lib. Itez impeditus iusta de causa facere qõ ꝑmisit: non est ꝑiurus. l. fi. ff. q̃ satisda. cog. et. c. significante. de pigno. Sed si tibi nõ soluo qꝛ tu mihi nõ soluis facto tuo impedioꝛ. ergo nõ ero periurus. Et hec opinio mihi videt verioꝛ de iure. nec ẽ ꝑtra casum nostꝝ. quia iste debitoꝛ certat de damno vitando. et creditoꝛ nullũ damnũ habet. ⁊ idõ habebit locum fictus intellectus in tali casu. et sic ꝑcedit opinio Bar. ⁊ dictũ. c. ad nostrã. nõ ꝑbat contrarium.

¶ Vtruz in omni iuramento debeant subaudiri multe cõditiones: R. glo. in. c. quẽadmodum. de iureiur. q̃ in iuramẽto assertorio nulla cõditio ꝓintelligitur. In iuramẽto vo ꝑmissorio bene multe subintelligunt. vt si deo placuerit. xxij. q. ij. beatus. §. j. Itẽ si placz pape. vt in. c. venẽtes. de iure iur. ⁊ alie de quibo in. d. glo. q̃ melius patebunt in se. c. Et no. fm ꝑdictã glo. q̃ ꝓter hoc iuramentũ nõ est cõditionale ⁊ etiã fm Pa. ibidẽ si exꝑmant vt in. c. significasti. ⁊ quod ibi no. de elec. et in. l. iij. ff. de le. j. et. l. aliquãdo. ff. de condi. ⁊ demon. Sed tu dic vt infra Matrimoniũ. iij. Impedimẽto. iij. §. ꝑmo.

¶ Et hec omnia q̃ de interꝑtatione iuramẽti diti intellige qũ ille q̃ iurat nõ habet exꝑsse ⁊ specifice animũ obligandi se sup aliquo determinato ꝑtra interꝑtationẽ. qꝛ tunc nõ valeret interꝑetatio vt no. in. c. venẽs. ꝑ Pa. de iureiur. ⁊ facit. c. iuramẽti. xxij. q. v. in ar.

¶ Quid si iurat sup re nõ subiecta pape: R. Pa.

in.c.cõstitutus.de rescrip.q̃ in reby vel iuribу non subiectis sibi nõ subintelligit illa clausula.d.c.veniens.ideo papa nõ põt absoluere a iuramẽto pre stito sup rebus nõ spectantibу ad eũ sine causa rõnabili.vt no.glo.in.c.quanto.de iureiur.⁊.c.cum interp.de renũ.

Iuramentũ.v. de obligatione iuramenti ꝓmissorij vtrũ semp sit obligatoriũ? R.vt colligo.ex Archi.in.c.si aliq̃d.xxij q.iiij.et canonistis in.c.si vo.de iureiur.⁊ theo.in iij.di.xxxix.q̃ sic vt infra ꝑuriũ.§.j.Fallit hoc in xxvj.casibus se.

1 ¶Primus qũ iurat aliquid qd̃ est peccatũ mortale:quia istud vergit in interitũ salutis eterne quia pena eterna punit.c.vnũ oratiũ.xxv.dist.vnde q̃ iurauit spolia diuidere nõ tenet.quia debet redde re.c.ea te.de iureiur.vel spoliare ꝓximũ non tenetur fm Io.an.in.d.c.ea te.⁊ illud quod dicit.xxij. q.iiij.§.ecce refertur ad conscientiã erroneã quase credebat teneri ꝓpterea nõ seruando mortaliter peccat.

2 ¶Secundus qũ qd̃ iurat est peccatũ veniale in se.quia similit vergit in dispendiũ ꝓprie salutis. q̃ per tpa impedit hõ vt nõ cito pueniat ad salutem eternã.c. q̃lis.xxv.di.⁊.c.ij.de pac.li.vj.Hugo.tenet q̃ si seruat tale iuramentũ peccat mortaliter q̃ facit ꝓtra istud.c.in malis.xxij.q.iij.Sed Rodo. tenet q̃ solum venialiter qd̃ verũ est quando simpliciter cõmittit veniale.ꝗ si ideo cõmitteret. quia iurauit dic q̃ mortaliter peccaret quia nomen dei assumit in malũ.

3 ¶Tertius qũ iuratur aliquid q̃ est cõtra consilia euangelica.puta q̃ nõ efficietur eps. religiosus et huiusmodi.nec obstat.c.florentinum.lxxxv.dist. quia nõ dicit q̃ teneat votũ ꝗ peccauit mortaliter iurãdo ꝓtra secãdam partẽ iusticie q̃ est facere bonũ sicut si iurasset cõtra primã partẽ q̃ est declinare a malo.

4 ¶Quartus qũ iuramentũ excludit opus pia intentione faciendũ ꝑ deo.vt cũ iurat q̃ nihil dabit ꝑ deo vel cõsulet ꝓximo.vel nõ consolabit talem vel nunq̃ erit fideiussor.vel nunq̃ mutuabit pecuniam ⁊ hmõi.quia de? nõ acceptat talia iuramẽta cũ dicat ꝗnũ faciendũ ex charitate fraterna ibi. q̃cunq̃ vultis vt vobis faciãt homines ⁊ vos eadẽ facite illis.c.placuit.de maio.⁊ obe.

5 ¶Quintus qũ iuratur aliquid q̃ ex se est indifferens tamẽ melius esset facere contrariũ q̃ nõ facere vel nõ facere q̃ facere. sicut qũ quis iurat q̃ nõ tenebit talem in suo seruitio vel non loquetur cuꝫ tali de tali re.vel non ibit ad domũ suam.vel non coquet ad furnum suum q̃ tamen melius esset facere contrarium. Intelligе istum casum verum quando quis solum ex se iurat.quia secus esset si conuenisset cũ ꝓximo ad tale faciendum ex aliquo bono respectu.et ita iurasset ei.quia bene esset obligatus.

6 ¶Sextus est qũ iuramentũ est cõtra bonũ publicum sicut qũ quis iurauit q̃ subtrahet se ab onere publico istud ꝗno.Pa.in.c.pueuit.el.j.de iureiur. Facit.c.si diligenti.de so.compe.

7 ¶Septimus qũ iuramentũ vergit in dispendiũ ꝓprie salutis corporalis quẽadmodũ nõ teneret si vergeret in dispendiũ salutis alterius.xxij.q.iiij. c.j.cũ.iiij.c.se.ita nec in ꝓpriam.c.si non licet.xxij. q.v.xxij.q.iiij.§.illicitũ.Glo.in.d.c.si vo. restringit hoc verũ qũ directe.secus si occasionaliter.⁊ ponit exemplũ de vno q̃ iurauit stare rome de mense augusti.quia licet ibi moriant multi.nõ tamẽ semper.⁊ ideo tenet stare.Sed Io.an.restringit dictũ glo.verũ nisi ex imminẽti infirmitate vel completione indicaret sic iurans ex tali mora moriturus. Exquo colligo q̃ qũ verisimiliter ex qualitatibus ꝑsumitur de morte habet locũ q̃ non obligat. Et ꝓpterea Pa.increpat carthusienses ⁊ reputat eos nõ in bono statu in.c.verum.licet male iudicet.q̃ sunt in bono statu et deo seruientes: nec exponũt se periculo mortis corporalis.ꝗ carnẽ abdicant vt a vicijs animus sit liber. Multa alia possent adduci ad ꝓbandum q̃ sunt in bono statu ꝗ breuitatis causa omitto. Idẽ dic q̃ iuramentũ nõ obligat q̃ndo cedit in mutilationẽ.quia nemo mẽbrorum suoꝝ est dñs.l.liber hõ.in ꝑn.ff.ad.l.aquilia.limita istud.vij.verũ.nisi mors vel mutilatio esset infligenda ex iusticia.quia tunc nõ posset contra iuramentum fugere.vt supra carcer.§.iiij.⁊ supra fugere.§.j.

8 ¶Octauus nõ obligat iuramentũ qũ quis iurat ex calore iracũdie.fm Io.an.in.c.ex literis.de iureiur.sicut in simili dicit glo.singularis.in.c.ex literis de diuor.q̃ cõfessio facta ex calore iracũdie nõ valet qd̃ limitat.d.Anto.verũ qũ calor iracũdie fuit tantus q̃ deliberate istud iuramentũ non fecisset. Quia hec voluntas nõ est discreta.Facit glo.in.c. dudũ.de cõuersi.cõiuga.q̃ dicit q̃ calor iracundie nõ obligat. Et idẽ dico qũ iurat abrupte. facit qd̃ no.Inno.in.c.fraturã.de voto.⁊ Ri.di.xxxix.ar. iij.q.ij.sup.iij.sententiaꝝ.

9 ¶Nonus qũ iuramentũ est metu extortũ. intelligе si animũ obligãdi se nõ habuit.als bene tenet fm cõiter doc.ꝗ si nõ habuit animuꝫ obligandi se q̃ nõ obligет.patet ex iã dictis.⁊ facit glo.in.c.auctoritatẽ.xv.q.vj.an autẽ peccauit sic iurando cũ tali animo.dicit Pa.in.c.si vo.eo.ti.q̃ si est hõ ꝑfectus peccauit venialit.als nõ. ꝗ ego dico q̃ nec ꝑfectus nec impfectus peccauit etiã venialiter.Et ꝑ hoc facit q̃ in simili dicit in.c.ne q̃s.xxij.q.ij.intelligе hoc vt colligit ex.d.c.ne q̃s.qũ iurando habuit animũ solũ inducẽdi iuramentũ ad reuerentiam dei nõ ad obligationẽ suã ⁊ in mente habuit aliquã circũstantiã debitã q̃ verũ iurabat.puta ꝓmitto q̃ dabo tibi centũ cuꝫ ista subauditione.l.si sum tibi obligat? ex debito ⁊ nõ aliter.licet hic nõ exꝑmat et hmõi.q̃ sic vtit simulatione licita q̃ liez vt in.c.vtilẽ.xxij.q.ij.Secus esset si iurãdo credebat se obligatũ ex iuramẽto ⁊ tũ nõ intẽdebat obseruare.q̃ sic esset pctũ mortale.vt in.c.querelam de iureiur.Facit.c.ille.xxij.q.v.et qd̃ no.glo.in.d. c.auctoritatẽ.

10 ¶Sed quid si sumus in dubio an habuit animũ obligãdi se vel nõ? R.Pa.in.d.c.si vo.q̃ est ꝑsu

mendũ qnõ habuit animũ obligãdi.ar.c.sup eo. de renũ.7.l.cũ de indebito.§.j.ff.de.pba.

i 1 ¶ Quero q̃re magis ecclesia obligat in iuramẽto etiã metu extorto q̃ in voto.cũ iuramentũ 7 votũ ambulent pari passu? R. Pano.in.d.c.si vo.q̃ ex hoc q̃ iuramentũ frequẽtius accidit.7 ne deẽt materia deierandi. Tamẽ q̃ntũ ad veritatẽ obligationis pari passu obligatõis vadũt votũ 7 iuramentum.vt in.c.debitores.no.in.c.j.de iureiur.7 in.c. licet.7 in.c. magne.de voto. Exquo infert Pa.in c.verum.de iureiur.cum glo.ibi q̃ nõ seruantes iuramentum metu extortum non sunt puniendi tanq̃ p directo periuro. Hosti.etiam 7 Joh.an.7 do.Anto.7 sequit Pan.7 tenet in.d.c.verum.q̃ nõ peccat mortaliter tale iuramentum nõ seruãs. sed venialiter.facit tex.in.d.c.verum.qui dicit q̃ p mortali crimine non sunt puniendi.7 no.q̃ loquit in eo qui iurauit animo obligandi se.quia si animum nõ habuisset nõ esset dubium. Conclude ergo sic q̃ si habuit animum obligãdi se qũ iurauit q̃ tenet seruare: nisi vergat in dispendium ꝓie salutis.aut alterius cõditõis de supradictis sed non de p̃ceptoꝛ:ita q̃ mortaliter peccet. Si vo non habuit animum obligandi vel sumus in dubio.sic nõ obligat ad seruandum: vt est tex.in.c.j. qõ metus cã.et quod dĩ in.c.si vo.debet intelligi ad timorem.ne passim quis contraueniat.sed cuz bona maturitate 7 licentia supiorꝭ. Similiter.c. licet.de iureiuran.libro.vj. Facit pro hoc quia ibi dicit nõ vi vel metu extortum.7 ibi tenet Archi.7 multi in.c.cum contingat.eo.ti.verum q̃ non tenet iuramentum metu extortum in casu a lege ꝓhibito. Facit autẽ.sacra puberum.C.si aduer.vẽ. sed si non est in casu a lege ꝓhibito.sic tenet iuramentum fm Min.7 sequit Pa.in.d.c.cum contingat.q̃uis metu extortũ.fm tũ q̃ dixi ẽ.sub pecato veniali. Et hec intellige in iuramẽto ꝓmissorio ex metu qui põt cadere in constantem extorto et contra iusticiam.q̃ si esset iuramentum assertorium nõ excusaret ꝓter metum si mendacium iuraret a peccato mortali.xxxij.q.v.ita ne.7 de his q̃ vi vel me.c.sacris.no.glo.in.d.c.auctoritatez. nec similiter in iuramẽto ꝓmissorio excusat leuis metus:nisi vt dictũ est quando nõ habuit animũ obligandi se.

i 2 ¶ Decimus nõ obligat iuramentuz.qũ res sup q̃ est iuramentũ factũ nõ pdurat in eodẽ statu ꝗ venit ad talẽ statũ q̃ temerariũ esset tũc talĩ iurare. puta q̃s iurauit q̃ non efficiet miles vel negociator.vel nõ recipiet feudum a tali dño postea venit ad paupertatẽ.ita q̃ nõ põt viuere nisi efficiat miles vel negociator 7 hmõi.ratio quia si a ꝓncipio fuisset iste casus 7 iurasset iuramentũ fuisset temerariũ.7 ideo põt ꝓpria auctoritate cõtrauenire fm Archi.in.c.animaduertendu.xxij.q.ij.Facit pro hoc.xxij.q.ij.ne q̃s.et dicit glo.in.d.c. quẽadmodum semp subintelligi in iuramento.s.si res in eodem statu ꝑmanebit. Idẽ de illo q̃ iurauerat reddere gladiũ homini sane mẽtis quẽ nõ reddet effecto furioso.xxij.q.ij.ne q̃s. Itẽ cũ quis iurauit aliquã accipere,7 illa cõtraxit p verba de ꝑsenti cum alio. Similiter qũ quis cũ habundaret ꝓmisit tenere obstagia.nunc nõ põt nisi mẽdicet 7 eum nõ cõuenit mẽdicare nõ tenet.ar.c.querelã.7.c.breuiũ eo.ti. Secus fm Mo.si cũ nõ dedecet mendicare vel si tẽpore iuramẽti hec cõditio inerat.s.q̃ oportebat mendicare.quia tenet. Itẽ quãdo quis iurauit nõ mutare sepulturã vel testamentũ.quia põt ex noua causa.vt infra sepultura. Facit quod no. Pa.in.c.veritatis.de iureiur.vbi dicit q̃ si iurauit respectu dignitatis vel alterius qualitatis existentis in iurante vel in alio cui iurat q̃ illa deficiente nõ tenetur. Puta iurauit tibi quãdo eras eps obedire:nunc cũ sis depositus nõ teneoꝛ.c.venerabilem.de elec.vel iurauit tanq̃ canonicus vel scholaris.ar.d.c.venerabilẽ.et.c.cũ inter.p.et qõ ibi no. de renũ.et tenet Fede.cõsilio.clvij.ꝗ istud dictuz suũ limitat Pa.qũ iurauit nõ simplicit sed vt talis.secus si simplicit quia semp obligatur si verba iuramẽti importãt.ar.xxxij.q.viij.c.vnico. nisi vt dictũ est veniret ad talẽ statũ in quo si vellet iurare esset temerariũ.qõ bene no.

i 3 ¶ Vndecimus quando est contra bonos mores naturales:vtputa quia p̃bet occasionẽ delinquendi.vt in.c.quẽadmodũ p̃dicto.et in regula nõ est obligatorium.de reg.iur.li.vj.Exemplũ vir iurat nõ agere contra vxorem rerũ amotarũ: quia non valet.vt.ff.de pac.do.l.conuenire. Ratio quia tale iuramentũ ꝓberet occasionẽ mulieribꝫ furandi. Similiter qui iurauit nõ denũciare aliquez nõ tenetur. quia est contra bonũ animẽ delinquẽtis et charitatis.ij.q.j.si peccauerit.7 de iudi.c.nouit. Facit.l.si vnus.§.pacta.ff.de pac.limitat tũ istud exemplũ Hosti.in.d.c. quẽadmodũ verũ q̃ non tenetur nisi quãdo vellet denunciare solum ꝓter comodum ꝓprium:quia sic non liceret. Facit.c.ad nostram.el.j.de iureiur.sed oportet denunciet vel agat ꝓter bonũ cõmune ꝓncipalit. 7 si secũdario ꝓter bonũ ꝓprium.

i 4 ¶ Sed q̃d de accusatione.dic vt supra.accusatio. §.vj.

i 5 ¶ Duodecimus qũ iuramentũ est ꝗ votũ vel iuramentũ vel ꝓmissionẽ ꝑus factã.vt in.c.sicut ex literis.de spon.7.c.quãto.de iureiur.7 in.c.intellecto.eodẽ titulo. Intellige si ꝓmissio etiã fuit simplex fm Hosti.7 Pa.et Inno.in.d.c. sicut. q̃uis post Innoc.teneat contrarium in.c. veniens. de iureiurand. sed non est verum per.c. iuramenti. xxij.q.v.

i 6 ¶ Sed quero vtrum actus gestus contra primũ iuramentũ sit ipso iure nullus? R. Pa.in.d.c.intellecto.q̃ si actus depẽdet a mera volũtate iurantis:puta quia nullo iure ꝓhibetur sic tenet. Vñ dicit Inno.in.c.dilecto.de preben.q̃ si q̃s iurauit nõ alienare libꝛ:7 tũ alienauit tenet alienatio.licz sit periurus. Facit.c.vltima voluntas.xij.q.ij.in glo.vbi tangit q̃ qui iurauit nõ mutare testamentum si mutat tenet secũdũ:licet sit periurus:nisi in casu de quo ẽ.§.xij. Mo.in.c.cuz marthe.de celebrissa.tenet q̃ nõ valet secundum testamentum. Sed Jo.an.in regula q̃ semel placuit.libro sexto. tenet q̃ valeat quia nullo iure cauet q̃ sit nullum

factum p quod sit cōtra iuramentū: quod verum est qñ actus dependet a mera facultate iurantis. Si autē dispositio actus non dependet a mera voluntate iurantis: puta quia interdicit a lege fauore ipsius iurātis. exēplū in muliere et minore qui nō possunt alienare vel aliū contractū facere sine certa solēnitate: ⁊ tunc actus iuratus ꝗ ꝑmū iuramentū nō valet ipso iure ⁊ sic intelligo glo. c. licet. de iureiurā. li. vj. rō quia actus sine iuramēto erat ipso iure nullus obstante prohibitione legis. rōne autē iuramēti sustineri nō pōt. quia iam obligauerat se deo p ꝑmū iuramētū ⁊ sic scōz iuramētū fuit illicitū. ⁊ idē dic qñ actus ꝓhibet rōne publice vtilitatis. ⁊ iste est casus. d. c. intellecto. Dic ergo q si lex seu statutū nō resistit actui iurato q si fiat ꝓtrarium nō est ipso iure nullus. secus si resistit. Ita tenet Archi. in. c. si a sede. de ꝓben. li. vj. Gaspar de calde. in. c. oū ꝓtingat. de iureiur. ⁊ Spec. de emp. et ven. qd no. p cautela mulierū q̃ timent ne inducantur ad aliq̃ facienda in eoꝝ ꝓiudiciū. q iurent ꝑius in manu alicui? coꝝ testibꝫ se nolle tales alienationes vel renūciationes facere: dūmodo qū cōtrariū faciūt intendāt nō facere ꝗ iuramētū ꝑmū scz nō effectualiē renūciare ꝯ solū verbaliē. quia sic nō erunt ꝑiure in ꝓscia eo q ꝑmū iuramētū intellexerūt effectualiē nō verbaliē solū.

17 ¶ Decimustertius nō est obligatoriū iuramentū qñ ille cui est ꝓstitus frangit fidem iuranti. ꝯ nota fm Pa. in. c. puenit. el. ij. de iureiurā. q qñq̃ duo obligationes respiciūt se adinuicē: puta ꝑmisi tibi equū ꝓter qd alius ꝑmisit mihi centū. ⁊ sic si ego nō seruo ꝑmissum: nec ille tenebit mihi de centū. et sic intellige illud. Frangenti fidez fides frangat eidē. ff. ꝑ socio. l. si cōuenerit. in fi. xxviij. q. ij. si infidelis. ff. de inoffi. testamē. l. si instituta. C. de pac. l. cū ꝓponas. la scōa. ⁊ sic intelligit dictū. c. puenit. et. c. cōstitutus. de penis. Idē dico qñ conditionaliter ꝑmisi: puta iurauī ire romā si dederis centū si nō das nō teneor. qa ꝑmissio mea nō purificat nisi a tpe existentis conditionis. l. cedere diē. ff. de verbo. sig. insti. de verbo. obliga. §. ex cōditionali Qñq̃ autez obligationes nō referunt adinuicē: ꝯ ad diuersa. Exemplū ꝑmisi tibi simpliciter centū et nō ex hoc ꝯ simplicit. ꝑmisisti mihi aliq̃d facere tunc licet ego non impleā ꝑmissum. tū alter teneē quia nō ꝑmisisti mihi rōne ꝑmissionis mee: sed simpliciter et de specie ad speciez nō fit cōpensatio vt no. in. ca. ij. de deposito. hoc tenuit Cy. in dicta l. cū ꝓponas. ⁊ sic intellige. c. noli. xxiij. q. vj. vbi dicitur q hosti seruāda est fides: nec obstat. c. quod deo patri. xxiij. q. v. de voto viri et mulieris. vbi licet alter frangat. alter tū teneē seruare: q: ibi simpliciter q̃libet eoꝝ vouit deo nō conditionaliter. ⁊ ei est obligatus.

18 ¶ Sed q̃d si ille cui iurauī nō implet ꝑmissum ex necessitate aliq̃: puta quia nō pōt: R. q nihilominus ego nō teneor ad iuramentū factū ꝓter illud quia videē tacite sub tali conditione iurasse. ⁊ hoc tenet dūs Anto. ⁊ Pa. in. c. sicut. el. iij. de iureiur. et placet. licet alij teneant. hoc verū solum nō teneri quando ex negligentia alius nō attendit vel ex voluntate.

19 ¶ Vtrū ille qui iurauerat seruire sub certa merce de soluēda quolibet mēse q̃ nō potuit implere seruitium ꝓter defectū solutionis. Puta q: non potuit stare in loco. nunq̃d poterit agere ꝑ interesse suo ex quo p eū nō stetit. R. Albri. in. l. ediles. ff. de edil. edic. q sic. pro hoc bonus tex. in. l. si in lege. §. colonus. ⁊ in. l. qui operas. ff. loca. secus si nō impleuit seruitiū cū posset. quia non habebit salariū ꝑ ꝑdictā. l. ediles. §. j. et ꝑ. l. iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. et vendi.

20 ¶ Vtrū iurans vel ꝑmittens nō expellere inquilinum possit expellere. si nō soluit pensionē: R. q sic fm Panor. in. c. tua nos. de iureiuran. Facit. l. quero. §. inter locatorē. ff. locati. vbi patet q si conductor preterit id quod teneē ex natura cōtractus nō teneri ei locatorē ex ꝑmissione locationis. Idē dic in patre qui ꝑmisit nō exheredare filiū. Intelligitur nisi crimen ingratitudinis cōmiserit. l. quidam cū filiū. ff. de verbo. obliga. et generaliter fm Barto. in dicto. §. inter locatorē. Nic. §. facit ad omnes contractus in quibꝫ aliquid vltra citraq̃ ꝑmittitur vt quilibet nō teneat seruare qd ꝑmisi si ꝑ aduersam partē nō seruat id ꝓter qd sunt ꝑmissa dicto. §. offerri. Similiter si vir iurauit non dimittere vxorē. Intelligit nisi faciat contra legez cōiugij. vel si ꝑmisit dotem potest dimittere si nō soluit iuē notata in. c. vestras. de dote post diuor. resti. Itē si iurauī te nō offendere. Intelligitur nisi causam offensionis cōmiseris. l. qui seruū. ff. de verbo. obli. Facit qd notat in. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. ⁊ quod nota. in dicto. c. quēadmodum. in glo.

21 ¶ Decimusquartus qñ mandatū legis vel superioris vult contrariū iuramento. puta iurauī tibi dare decē. Iudex precipit ne tibi dare debeam ex aliqua legitima causa. nō teneor. c. significauit. de censi. l. fi. ff. qui satisda. cogū. vl' de lege. puta fuisti excōmunicatus post iuramentū tibi factum de aliquo tibi dando. nō teneor nisi absoluaris. de quo tamē dic. vt supra excōmunicatio. viij. §. xij. Iōo in omni iuramēto subintelligit. Saluo iure superioris vel alterius fm Io. an. in. d. c. quēadmodū Facit. c. veniens. eo. ti.

22 ¶ Decimusquintus quando iuramentū est in ꝑiudicium alterius. puta canonici iurāt qd si aliq̃s eoꝝ efficiat eps seruabit quēdā in ꝑiudiciū episcopalis dignitatis. Nam talis factus episcopus nō teneē. vt in. c. sicut est nostris. de iureiuran. Idem dic si cardinales iurassent in ꝑiudicium sedis apostolice q assumptus in papā non teneret. Similiter cum vir iurauit nō stare cū ꝓria vxore. Intellige ꝓter odium quia nō teneē et etiā ꝓter continentiā. Sed tūc ad requisitionē vxoris teneē reddere. ꝯ nō exigere. quia illud est solum in ꝑiudiciū suū. vide qd notat in. c. tua nos. de iureiur. in glo. hoc videē tenere Mo. Tancre. Goffre. ⁊ Io. an. Idē dic cū quis ꝑmisit tenere secretū. quia quando est alteri nociuū non teneē: quin possit ⁊ debeat reuelare illis qui possunt ꝑdesse ⁊ non obesse. xxiij. q. v. hoc videē. Sētit glo. in. c. ego. de iureiur.

Similiter intelligit q̃ nõ tenet reuelare nisi pdu-
ratur in testẽ. quia fm Inno. in. c. q̃liter et qñ. el. j.
de accusatio. tenet dicere etiam si cogitasset de hoc
qñ iurauit. Facit. c. quia plerique. de officio ordi. li.
vj. et. c. cõstitutio. el. j. de testi. et. c. olim. de accusa.
Itẽ cũ quis exigit iuramentũ ab aliquo de verita-
te dicenda. Si talis est hõ ferus de quo p̃sumit ve
risimiliter q̃ pcedet nõ seruato ordine iusticie. sic
nõ tenet reuelare qõ scit etiã si posset pbare simili
ter: ⁊ q̃ius nõ sit crudelis q̃ qui pcedet ordine de-
bito nõ debet reuelare ei que nõ põt pbare. ar. c. si
peccauerit. ij. q. j. et. ij. q. vij. plerũq̃. hec Rodo. il-
lis tamẽ q̃ possunt pdesse q̃ nõ obesse teneret si iu-
rauit. ar. xxij. q. v. hoc videt. Idẽ dic de eo qui iu-
rauit nõ p̃stare auxiliũ tali. Intelligit. s. iniuste q̃
Io. an. allegat. c. petitio. de iureiuran. et. c. primũ.
de his q̃ fiunt a maio. par. ca. et. c. granẽ. de excess.
p̃lato. etiã si iurasset de iusto auxilio nõ dando nõ
obligat: quia iuramentũ nõ ligat ad illicita ⁊ ꝓtra
ius: d. c. quanto. eodẽ titulo. Idẽ dic de illo q̃ posi
tus in dignitate ⁊ alienans bona iurat nõ reuoca
re q̃ nõ tenet. vt in. c. intellecto. eodẽ titulo. qz est
in p̃iudiciũ alterius. s. dignitatis. c. cũ contingat.
in fi. eodẽ titulo. c. ij. de pact. li. vj. Et hoc tene etiã
si nõ iurasset p̃us nõ alienare: licet glo. sentiat op-
positũ in. d. c. intellecto. per p̃dicta. et hoc intelligo
in notabili alienatione p quã leditur dignitas no-
tabiliter. Secus esset in re modica quia ꝓprium est
principum donare. c. j. de donatio. ⁊ in iuramẽto
facto a p̃lato de nõ alienãdo nisi cõsulto papa nõ
debet referri ad modicã alienationẽ. quia iuramẽ-
tum nõ extenditur ad verisimiliter nõ cogitata. c.
veniens eo. sentit Fede. cõsilio. cciij. Ideo iuramẽ-
tum filiorũ fa. et minor et vxor et seruor nõ valet
in p̃iudiciũ illor q̃ eor curã habẽt. et ideo p̃ñt ea
irritare sicut et vota. fm Nico. de li. sup. c. xxx. nu
meri. secus in alijs: puta voto castitatis sicut devo
to habes. j. votũ. ij.

23 ¶ Decimusexstus qñ iuramentũ est cõtra legẽ po
sitiuã vel statutũ: ⁊ licet fuerint multe opiniones.
vt recitat Pa. in. c. cuz cõtingat. de iureiur. tamen
istud mihi videt verius dicendũ circa istud. quod
aut lex positiua seu statutuz aliquid pbibet ꝓter
bonos mores cõseruandos ⁊ cõtra hanc nõ valet
iuramentũ. vt in regula. non est obligatorium. de
reg. iur. li. vj. Exemplũ in muliere que viuente vi-
ro dedit fidẽ adultero de cõtrahendo post mortẽ
sui viri cũ eo nõ valet. Et intelligo de bonis mori-
bus naturalib. quia sic lex est indispẽsabilis ⁊ in-
uariabilis. v. di. in pn. et. viij. dist. que contra bo-
nos. Secus in bonis moribus ciuilibus: quia iura-
mentũ cõtra ipsos valet. c. significante. de pigno.
vbi valet iuramentũ contra pactũ legis cõmisso-
rie. Aut lex seu statutũ fundat sup bono publico
p̃ncipaliter et sic nõ tenet iuramentũ factũ contra
quia pactis vel iuramentis ius publicum remitti
nõ potest ad hoc. l. ius publicũ. ff. de pact. Aut lex
seu statutũ nõ est fundatũ in bonis moribus natu-
ralibus nec sup bono publico p̃ncipaliter. sed in
odium aliquor. et sic tenet iuramentũ quãdo po-
test sine dispendio salutis impleri licet nõ sine di-
spendio rerũ tẽporaliũ. vt in. d. c. significante. ⁊ in
c. debitores. de iureiur. Idem dicendum quando
lex p̃ncipaliter est fundata super fauore p̃uato li-
cet consequẽter et secundario super publica vtili-
tate q̃ iuramentũ ligat. Et iste est casus ꝓprie. c. ij.
de pac. li. vj. et hoc quando nõ continet aliquam
turpiditatem contra bonos mores naturales: nec
ex parte iurantis nec ex parte materie super qua
prestatur: nec contra bonũ publicũ p̃ncipalit. Et
ratio quare teneat iuramentũ. in istis duobz casi-
bus est. quia iurando non peccauit qz talis lex po-
tius est p̃uilegiatiua q̃ p̃ceptiua. ⁊ ideo eius con-
trarium nõ est in dispendiũ salutis eterne. q̃ soluz
rerum temporaliũ. Aut si peccauit trãsgrediendo
tũ põt seruare sine peccato. ⁊ ideo tenet iuramẽtũ
c. et si xp̃us. de iureiur. iuncto. §. illicitũ. xxij. q. iiij.
secus autez esset qñ est cõ bonos mores naturales
vel cõtra ius publicũ p̃ncipaliter. q̃a sine peccato
seruari nõ potest.

¶ Vtrũ talis cõtractus factus contra legem vel 24
statutuz p̃ncipaliter fundatum super fauore vel
odio p̃uato. ita firmet iuramento q̃ etiã heredes
obligentur? R. Pa. in. d. c. cũ contingat. q̃ com-
munis opinio est qõ sic. quia iuramentum confir
matorium validat actum inualidũ et ex eo oritur
actio. vt in auth. sacra puberũ. C. si aduersus ven.
limita nisi dolo vi vel metu sit iuramentũ extortũ
vt in. c. contingit. eo. ti. ⁊ c. licet eo. li. vj. et in. c. ij.
de pac. li. vj. et dicta auth. sacramẽta puberũ. secus
esset in iuramẽto introductorio obligationis pu-
ta iuro tibi dare centũ nulla causa p̃cedente: quia
iste nõ est modus inducende obligationis nisi in
liberto. vt in. l. vt iureiurandi. in pn. ff. de ope. lib.
et. l. fi. ff. de lib. causa. et ibi Guil. de cu. et Bar. in
l. iusiurandum. la. ij. ff. de iureiur. et ideo nõ liga-
ret heredes de iure ciuili: sed de iure canonico si
fuit in culpa non implendi. et iuramentũ erat sim
plex: puta iurauit dare decem ⁊ penituit de pecca
tis suis credo q̃ teneatur p id quod dixi supra be-
res. §. v.

¶ Sed quid si in p̃dicta. l. vel statuto fundato su- 25
per bono p̃uato vel odio dicatur nõ valere contra
ctum nunqd valebit si iuramentũ interponatur.
R. q̃ sic. Facit qõ no. Inno. in. c. ij. de regula. vbi
dicit q̃ in istis spũalibus ius naturale preferet iuri
positiuo.

¶ Quid si addat statuto q̃ si seruata nõ fuit solẽ- 26
nitas debita p̃sumit dolum vel aliã illicitã causaz
R. q̃ si constat cõtractũ esse verũ et nõ ficticiũ aut
dolosum quo ad ipm minorẽ ⁊ huiusmodi p quo
fit sic iuramentũ ligat tam in foro animevbi credi
tur p se et contra se. vt in. c. significasti. el pmo. de
homi. et no. in cle. j. de penis. q̃ etiam in foro con-
tentioso quia cessat ratio statuti. Si vo fuerit do-
lus vel fraus tũc si statuto suberat causa p̃sumẽdi
dolũ. vt quia cõmunit in loco decipiebant dolose
minores tũc saluabit opinio Bal. et Bar. ⁊ alior
q̃ tenent iuramentũ nõ valere. qz nõ tollit p̃sum-
ptionem statuti legitime inductã. secus esset si sta
tuto nõ suberat causa p̃sumẽdi fraudẽ quia tunc
ligat iuramentũ.

27 ¶ Sed quero epus statuit q̃ quilibet clericus absens reuertat infra certū diem sub pena excōmunicationis clericus de licentia epi iuerat ad studiū et iurauerat creditori suo nō recedere ante eius solutionem: querit an obliget iuramentum vel pceptum plati seu legis. et videt q̃ iuramentū sit nullum quia cōtra obedientiā superioris non pōt seruare sine interitu salutis. d. c. cum cōtingat. ⁊ c. ij. de pac. li. vj. ⁊ Pa. in. c. venientes. de iureiur. dicit. ⁊ est dictū Io. an. in mercurialib⁹ in regula in malis, pmissis. li. vj. q̃ exquo cū licentia epi fuit in studio et p necessitate studij cōtraxit debitū. videt se obligasse cū licētia epi q: vno concesso concedunt omnia sine quib⁹ illud nō habet effectū. c. pterea. et. c. prudentiā. de offi. dele. ⁊ l. ad rē mobilem. ⁊ l. ad legatū. ff. de pcu. ⁊ sic non debet recedere ⁊ seruare iuramentū. secus si sine licentia epi vel nō p necessitate studij ⁊ pro lasciuia: quia tunc iuramētum nō valet cōtra obedientiā superioris. Idē dico in patre reuocante filiū qui pdicto modo iurauerat. ⁊ idē de quolibet subdito. et facit p mercatoribus qui cōtra phibitionē suoꝝ dominoꝝ vadūt ad certa loca phibita fm q̃ phibere possunt. vt in l. relegatoꝝ. ff. de interdi. ⁊ re. ⁊ qd ibi no. quia nō poterūt se obligare ad ibi standū nisi supiores tacite vel expresse cōsentiant.

